Allo stesso modo molti, che sono peccatori e impuri, entrano nella Chiesa dei fedeli e malgrado ciò [59r] possono essere comunque aiutati e salvati grazie al sacrificio dei giusti. Perciò Origene afferma che l'unica e la massima causa della rovina del mondo è mancanza di vittime umane, cioè di martiri, vittime offerte in espiazione per i peccati. La morte dei giusti è infatti espiazione peccati e i peccatori sono redenti nella morte dei giusti. Invece la morte del peccatore è pessima ed è il castigo di chi muore, non la sua redenzione. La morte del giusto è santa e potente, e di questa si legge in un altro passo: «la morte dei suoi santi è

preziosa al cospetto del Signore». Il santo quindi non muore per se stesso, ma per gli altri; muore invece per se stesso il peccatore.

CRISTOFORO. Hai detto prima che l'uomo è immagine di Dio, in quanto è una sostanza che consta di un'anima razionale e di carne umana. Nel momento in cui avverrà [59v] lo scioglimento di questi due, che ne sarà dell'immagine divina?

AGRIPPA. L'uomo è immagine del Dio invisibile; Dio invece è immagine dell'uomo e si è reso simile a lui. Tuttavia non diremo corporea la somiglianza per cui Dio è paragonato all'uomo e l'uomo a Dio, poiché Dio non ammette alcuna somiglianza, nemmeno di corpi, come afferma anche la Sacra Scrittura in vari passi dell'Antico e del Nuovo Testamento.

Però è necessario che ci sia nell'uomo qualcosa di magnifico e divino, deifico e mirabile, che valga ad accostare Dio a questo e viceversa; grazie al quale l'uomo sia immagine del Dio invisibile e indissolubile, immagine che riproduce l'unità e la trinità di Dio. L'uomo è ciò che hanno ritenuto molti fra i teologi: memoria, volontà e intelletto. †Ma il vero uomo è stato descritto da Ermete Trismegisto in termini di mente, parola e spirito †. Sappi...

APPENDICE I

DEHORTATIO GENTILIS THEOLOGIAE

1. Nota al testo.

1.1. Gli scritti latini che seguono in questa appendice corrispondono alla *Dehortatio Gentilis Theologiae* preceduta dall'epistola di dedica con la quale Agrippa presenta la dissuasoria a Symphorien Bullioud, vescovo di Bazas, amico e benefattore del filosofo negli anni di servizio a Lione, quando svolge l'attività di *physicus* per la corte di Francia. La dedica al Bullioud riporta la data 10 giugno 1526, tuttavia la composizione dell'opera potrebbe risalire a molto tempo prima, stando a quanto riferisce lo stesso Agrippa: l'orazione infatti – chiamata anche epistola dall'autore – sarebbe stata redatta “quondam” con l'intento di rispondere ad alcuni amici che, troppo entusiasti per la teologia dei Gentili, meritano il biasimo del filosofo perché si comportano come chierici sdegnosi della *pietas*, risoluti a trascurare il Vangelo di Cristo. Il testo della *Dehortatio* – che nel titolo ribadisce «ad amicos aliquos quondam perorata» – è stato successivamente ritoccato e corretto, come afferma l'autore nella prefatoria, per adattarlo alle esigenze del dedicatario. Il libello si presenta quindi come omaggio di ringraziamento per l'intercessione del vescovo presso Luisa di Savoia, Reggente di Francia tra il 1525 e il 1526. L'intervento di un personaggio influente come Bullioud si era reso necessario a causa delle gravi difficoltà economiche di Agrippa, al quale da molti mesi non veniva corrisposto lo stipendio dovuto per l'incarico a Corte.

Sebbene non ci siano informazioni sufficienti per datare con esattezza la stesura del libello prima del 1526, un'indicazione fornita dall'autore è utile a stabilire orientativamente un *terminus post quem*. La dissuasoria nasce infatti come replica alle preghiere inesaudite di alcuni amici, lettori appassionati della letteratura sapienziale di

ambito neoplatonico-ermetico tradotta e divulgata da Ficino. Essi invitano più volte Agrippa a esporre e commentare i trattati raccolti nel *Corpus Hermeticum*, più esattamente la silloge dal titolo *Pimander sive de potestate et sapientia Dei*, attribuita al leggendario Ermete Trismegisto; sono testi che il filosofo rammenta di aver esposto e discusso pubblicamente «ante aliquot annos in Ticinensi celebri gymnasio». Agrippa si riferisce infatti al ciclo di lezioni, da lui tenuto presso l'Università di Pavia nel 1515, dedicato a commentare le pagine del *Pimander*, secondo quanto certifica il testo edito della prolusione, unica testimonianza diretta dell'evento¹.

La versione originaria dell'opera è stata quindi redatta alcuni anni dopo le lezioni del 1515, ma molto tempo prima della dedica del 1526. L'occasione – biasimare in un pubblico di ecclesiastici, probabilmente monaci, l'eccessivo fervore per la teologia pagana – potrebbe suggerire un nesso fra la stesura della *Dehortatio* e l'attività di conferenziere che Agrippa svolge in alcuni conventi francesi e tedeschi tra il 1518 e il 1519, manifestando un forte impegno in chiave etico-religiosa². Sono anni in cui il filosofo, assunto da poco come avvocato stipendiato per conto della comunità di Metz, redige varie *orationes* e alcuni *sermones* di contenuto teologico. Dalla corrispondenza col monaco Claude Dieudonné risulta, ad esempio, che Agrippa frequentasse il convento celestiniano di Metz per esporre le sue opinioni sul peccato originale e sulla caduta degli angeli; opinioni che il filosofo avrebbe organizzato di lì a poco nell'orazione *De originali peccato*. Potrebbero riferirsi a questo periodo anche due brevi orazioni destinate a un pubblico di confratelli: il *Sermo de vita monastica* e il *Sermo de inventione reliquiarum Beati Antonii Heremitaie*, dedicati rispettivamente a un abate benedettino e a un monaco antoniniano, ma pubblicati solo nel 1532³.

1 *PHT*, pp. 1089-1102.

2 M. VAN DER POEL, *op. cit.*, 1997, p. 24

3 VAN DER POEL, *op. cit.*, 1997, p. 31: «This is perhaps the best place in our survey to mention two undated brief tracts on religious matters, which might originate from this period. They are the [...] *sermones* or lectures delivered in an informal setting to religious friends, addressed in both texts as 'colendissimi patres' [most venerable fathers]. The first, *Sermo de vita monastica* [Lecture on monastic life], written for an abbot of the Benedictine monastery at Brauweiler (or Browiler) near Cologne, contains a praise of the contemplative life-style. The second, *Sermo de inventione reliquiarum Beati Antonii Heremitaie* [Lecture on the discovery of the relics of Saint Antony, the Hermit], written for a member of the order of the Antoninians, discusses the finding of the relics of the fourth-century hermit Saint Antony of Egypt and defends the proper veneration of relics in general».

Tuttavia un riferimento non marginale, presente nelle prime battute della dissuasoria, potrebbe suggerire una retrodatazione al biennio 1517-1518 e collocare l'opuscolo negli ultimi tempi del soggiorno di Agrippa in Italia. Alle richieste insistenti degli amici, il filosofo replica sfavorevolmente, giudicando inadatte le pagine di Ermete, qualora decontestualizzate e considerate in se stesse, per la formazione di sacerdoti cristiani. Si offre invece di commentare le epistole di Paolo, al fine di assecondare il desiderio degli amici tenendo fede all'impegno preso. L'opzione è accolta però con dissenso dai religiosi, i quali ribadiscono ancora una volta la medesima richiesta al filosofo ("Nunc autem, illis refutatis, denuo rursusque instatis eandem cantilenam canentes"). L'operetta nasce allora come replica definitiva di un Agrippa spazientito e determinato a disciplinare l'eccessivo fervore dei religiosi per la teologia neoplatonica ed ermetica.

In questo caso, la decisione di sostituire le lettere paoline al *Pimander* potrebbe illuminare una porzione della biografia del mago di Nettesheim sulla quale sono scarsissime le testimonianze storiche. Mi riferisco all'ultima fase del soggiorno italiano, che vede il filosofo impegnato a tenere alcune lezioni di teologia presso l'università di Torino tra la fine del 1515 e il 1517. Il più recente dei biografi di Agrippa, C. G. Nauert, avanza due ipotesi sul contenuto di quelle lezioni universitarie: nel primo caso, suppone che fossero dedicate proprio all'analisi dei testi paolini – testi che il filosofo aveva studiato in modo approfondito sotto la guida di John Colet nel 1510 e sui quali – in particolare l'*Epistola ai Romani* – aveva redatto alcuni *commentariola* successivamente perduti¹; nel secondo caso, Nauert ipotizza che Agrippa tornasse a occuparsi nuovamente degli scritti del Trismegisto discussi a Pavia². L'attestazione di Agrippa, riferita molti anni dopo gli eventi, sembrerebbe però confermare soltanto la prima ipotesi: «Porro apud Taurinum gymnasium Theologica lectione in publicis scholis Sacras Litteras publice interpretatus sum³».

Da questo punto di vista la dissuasoria, con il suo duplice riferimento al *Pimander* e alle lettere di Paolo – opere che Agrippa considera non come alternative teoriche che si

1 *Epist.* 2, 14, p. 660: «Eo tempore, quo Franciscus Francorum Rex, caesis Helvetiis, Mediolanum accepit, perierunt quaedam commentariola mea in *Epistolam* Pauli *ad Romanos* usque in sextum caput perfecta»

2 NAUERT, *op. cit.*, 1965, pp. 51-52.

3 *DP*, p. 153. La seconda ipotesi di Nauert, fondata sull'accostamento tra le "Sacrae Litterae" e il *Corpus Hermeticum*, è così motivata a p. 52: «On the other hand, since he regarded the Hermetic writings also as sacred, his "theological" lectures at Turin may have dealt with those books».

escludono a vicenda, bensì come l'espressione di una medesima sapienza divina – potrebbe essere il frutto della stagione torinese, a tal punto da riallacciarsi alle riflessioni svolte nel *De triplici ratione cognoscendi Deum* del 1516. Anche M. van der Poel, nel *biographical sketch* che introduce il suo importante studio sulla produzione teologica di Agrippa, colloca la stesura originaria della *Dehortatio* poco dopo il *sermo* sulle tre vie per conoscere Dio, avanzando l'ipotesi che la dissuasoria costituisca addirittura un settimo capitolo o un'appendice al *De triplici ratione*. Tuttavia le ragioni tipografiche addotte non sembrano sufficienti a confermare l'idea¹. Ciononostante uno spunto tematico, al quale per brevità accenno soltanto, potrebbe comunque mettere in relazione temporale le due opere, certificando nella dissuasoria la continuità della riflessione teologica che Agrippa sviluppa durante il soggiorno nella penisola italiana.

La *Dehortatio*, in effetti, apre nuovamente la discussione sul tragitto conoscitivo che dall'uomo risale a Dio come principio del tutto. La caratterizzazione di una teologia dei filosofi pagani, in quanto estranea o viceversa riconducibile alla teologia dei Cristiani, si inserisce a buon diritto nel discorso sulla scansione dei tre tempi/gradini di ascesa alla verità sviluppata nel *De triplici ratione* (teologia naturale dei Pagani fondata sul libro della natura; teologia degli Ebrei fondata sul libro della Legge; teologia dei Cristiani fondata sul libro del Vangelo). In tal senso l'orazione di Agrippa si articola muovendo dall'urgenza di evitare che differenti livelli di conoscenza vengano confusi o sovrapposti.

Chi si illude di trovare in altri luoghi fuorché nel Vangelo una corretta *notitia Dei* smarrisce il vero messaggio di salvezza, contenuto nelle parole di Cristo, determinando così la propria rovina di fronte a Dio. Benché nelle opere dei Gentili siano reperibili indubbiamente «permulta, quae cum Evangelica doctrina consentiunt», tali consonanze

¹ L'ipotesi di VAN DER POEL si basa sulle caratteristiche tipografiche della *editio princeps*, che raccoglie gli scritti minori di Agrippa (Anversa 1529). La *Dehortatio* è inserita dopo il *De triplici ratione* lasciando supporre un ordine cronologico nella disposizione dei trattati. Inoltre l'intestazione al f. H8r e al f. I9r della dissuasoria (compresa nei ff. H6r-I2v) riporta rispettivamente "DE CNGNOS. DEO." e "DE COGNO. DEO". Da ultimo, nella pagina conclusiva della *Dehortatio* sono inseriti i tre distici: «In libellum *De triplici ratione cognoscendi Deum*. Si genus inquiras verum mortale potentem / Nosse Deum, cuius diceris effigies, / Hoc lege quod mira struxit Cornelius arte, / Cuius et ingenium nobile cudit opus. / Te prius ut noscas, prudens hortatur et addit / Noscere tu possis qua ratione Deum». Ammettendo che la disposizione degli opuscoli segua un criterio cronologico, gli elementi addotti a supporto della tesi sembrerebbero testimoniare piuttosto refusi tipografici dello stampatore. L'inserimento dei distici potrebbe al massimo avvalorare l'idea di una connessione tematica tra le due opere – qualora siano stati registrati intenzionalmente e a tale scopo al termine della *Dehortatio* – ma non a tal punto da confermarne una parentela diretta. Nell'edizione successiva dei medesimi trattati (Colonia 1532), sono stati invece eliminati sia i distici sia i refusi presenti nella stampa del '29; cfr. VAN DER POEL, *op. cit.*, 1997, pp. 24-25.

rimandano semplicemente a un medesimo percorso teologico-conoscitivo, distinto per gradi di maggiore o minore approssimazione alla realtà divina; ciò, tuttavia, non significa che sia legittimo attendersi dai sapienti pagani conferme sulle verità evangeliche piuttosto che da Cristo stesso, né insegnamenti sulla natura di Dio più veritieri di quelli rivelati nei Vangeli.

Al contrario, il valore della letteratura classica sarà stabilito sulla base della sua conformità o della sua consonanza con la sapienza di Cristo, giudicata fonte esclusiva per conoscere le verità teologiche. Di conseguenza non bisogna disprezzare i testi dei filosofi antichi perché non cristiani, bensì è necessario approcciarsi ad essi solo dopo aver raggiunto un'adeguata preparazione, ossia dopo aver studiato attentamente le Scritture e aver conseguito una solida fede nel Salvatore. La polemica che Agrippa sviluppa nelle pagine della *Dehortatio* trova così il suo corretto inquadramento «in relazione con l'ideale di intellettuale cristiano delineato dall'*Enchiridion Militis Christiani* di Erasmo, per il quale la cultura classica deve trovare la sua equilibrata collocazione all'interno di un solido orientamento cristiano¹».

Poiché attualmente non si conoscono testimoni manoscritti della *Dehortatio* e della lettera dedicatoria, il testo critico è stato costituito sulla base del confronto fra la versione contenuta ai ff. H5r–I2v dell'*editio princeps* (A), pubblicata ad Anversa nel 1529 per i tipi di Michael Hillenius – in un volume in ottavo contenente opuscoli di Agrippa composti a partire dal 1509² – e quella riprodotta ai ff. Hr – H6r di una seconda edizione della raccolta

1 PERRONE COMPAGNI, *op. cit.*, 1997, pp. 136-137; Per la fortuna editoriale della *Dehortatio* in Italia, soprattutto per quanto riguarda la circolazione di una traduzione cinquecentesca dell'opera in volgare, riconducibile ad ambienti filoriformati veneziani, attivi nella prima metà del Cinquecento, cfr. S. ADORNI BRACCESI, *Fra ermetismo ed eresia: tre edizioni italiane di Enrico Cornelio Agrippa di Nettesheim*, in «Bruniana & Campanelliana», 2007, pp. 25-29.

2 Henrici Cornelii Agrippae *De Nobilitate & Praecellentia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriaco(rum) et Burgundionum Principem. Expostulatio cum Ioanne Catilineti super expositione libri Ioannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad Margaretam Alenconiae Ducem. De triplici ratione cognoscendi Deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio Gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De Originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus pestilentiam ad eundem episco(pum), Antverpiae apud Michaelem Hillenium in Rapo, AN. M. D. XXIX*; cfr. PERRONE COMPAGNI, *op. cit.*, 2005 (a), p. 69, nota 1: «Il volume si compone di dieci fascicoli di otto fogli (A-K) e di un fascicolo di quattro (L), per un totale di 84 fogli. È stampato in carattere corsivo, con l'eccezione di f. A2rv. Presenta iniziali ornate e rimandi marginali alle fonti. La cornice del frontespizio reca motivi ornamentali e in basso un medaglione con il ritratto di Virgilio, circondato dalla scritta *Virgilius Maro*»; *Ivi*, p. 70, nota 3: «I testi sono così distribuiti: ff. A1v-C8v, *De nobilitate* (f. A1v, epigramma elogiativo di L. Beliaquetus; f. A2rv, lettera di presentazione a Massimiliano Transilvano, consigliere di Carlo V; ff. A3r-A4r, dedica a Margherita d'Austria; ff. A4r-C8v, testo); ff. D1r-D5r, *Expustulatio*; ff. D5v-E6r, *De sacramento matrimonii* (ff. D5v-D6r, dedica a Margherita d'Alençon; ff. D6v-E6r, testo); ff. E6v-E8r, lettera a Michel d'Arande; ff. E8v-F1r,

(C), ampliata e stampata nuovamente in ottavo a Colonia nel 1532, ma priva del nome dell'editore¹. Per un'esauriente descrizione delle due sillogi, la cui organizzazione e pubblicazione è stata curata dallo stesso Agrippa, rinvio a V. Perrone Compagni, *Ermetismo e Cristianesimo in Agrippa. Il 'De triplici ratione cognoscendi Deum'*, Edizioni Polistampa, Firenze 2005, pp. 69-77.

L'apparato critico registra, oltre a varianti e refusi tipografici, i numerosi *marginalia* inseriti dall'autore e presenti, con alcune modifiche, in entrambe le edizioni; si tratta cioè dei richiami alla Scrittura o ai testi della Patristica, nonché delle sezioni in cui è suddivisa l'orazione sul piano formale (*increpatio, obiectio, responsio*). Da ultimo l'apparato delle fonti muove dall'esigenza di evidenziare, sulla base dei riferimenti testuali, la letteratura complessiva impiegata da Agrippa nella stesura e revisione dell'opera.

lettera a Jean Chapelain; ff. F1v-H4v, *De triplici ratione cognoscendi Deum* (ff. F1v-F2r, dedica a Guglielmo Paleologo; ff. F2v-H4v, testo); ff. H5r-I2v, *Dehortatio gentilis theologiae* (f. H5r-v, dedica a Symphorien Bouilloud; ff. H6r-I2v, testo; f. I2v, epigramma in lode del *De triplici ratione*); ff. I3r-K4r *De originali peccato* (f. I3r, dedica a Teodorico vescovo di Cirene; ff. I3v-K4r, testo); ff. K4v-K7v, *Regimen adversus pestilentiam*; ff. K8r-L1r, lettera di Teodorico di Cirene ad Agrippa; ff. L1r-L4r, risposta di Agrippa a Teodorico. A f. L4r, il *colophon*: *Antverpiae apud Michaellem Hillenium in Rapo*, AN. M. D. XXIX.; il f. L4v è bianco».

1 Henrici Cornelii Agrippae *De Nobilitate & Praecellentia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriacorum & Buorgundionum Principem. Expostulatio cum Iohanne Catilineti super expositione libri Iohannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad Margaretam Alenconiae ducem. De triplici ratione cognoscendi deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus pestilentiam ad eundem Episcopum. Sermones duo, de vita Monastica, & de inventione reliquiarum divi Anthonii eremitaie. AN. M. D. XXXII. Mense Maio. Finis Coloniae*; cfr. PERRONE COMPAGNI, *op. cit.*, 2005 (a), p. 70, nota 4: «Il volume si compone di tredici fascicoli (A-N) di otto fogli, per un totale di 104 fogli, stampati in carattere romano. Reca rimandi marginali alle fonti»; *Ivi*, p. 71, nota 5: «I testi sono così distribuiti: ff. A1v-C8r, *De nobilitate* (ff. A1-A2rv, lettera di presentazione a Massimiliano Transilvano; f. A2v, epigramma elogiativo di L. Beliaquetus; f. A3rv dedica a Margherita d'Austra; ff. A4r-C8r, testo); ff. C8v-D4r, *Expostulatio*; ff. D4v-E4v, *De sacramento matrimonii* (ff. D4v-D5r, dedica a Margherita d'Alençon; ff. D5v-E4v, testo); ff. E5r-E6v, lettera a Michel d'Arande; ff. E6v-E7r, lettera a Jean Chapelain; ff. E7v-G8v, *De triplici ratione cognoscendi Deum* (f. E7v, epigramma in lode del *De triplici ratione*; ff. E7v-E8r, dedica a Guglielmo Paleologo; ff. E8v-G8v, testo); ff. H1r-H6r, *Dehortatio gentilis theologiae* (f. H1rv, dedica a Symphorien Bouilloud; ff. H2r-H6r, testo); ff. H7v-I7r *De originali peccato* (f. H7v, dedica a Teodorico vescovo di Cirene; ff. H8r-I7r, testo); ff. I7v-I8r, lettera di Teodorico ad Agrippa; ff. I8v-K3v, risposta di Agrippa a Teodorico; ff. K4r-K6v, *Regimen adversus pestilentiam*; ff. K7r-L5r, *De vita monastica*; ff. L5r-L8v, *De inventione reliquiarum beati Anthonii eremitaie*; ff. M1r-N6r, epistole; f. N7v, epigrammi. A f. A1r: AN. M. D. XXXII. Mense Maio. A f. N7v: Finis Coloniae. Il f. N8r è bianco».

Reverendo Patri ac Domino, Domino Symphoriano, Episcopo Vasatensi, Domino suo observandissimo, Henricus Cornelius Agrippa salutem dicit.

Vix eloqui possum, ornatissime Praesul, quanto gaudio me affecerit epistola tua, qua mihi Regiae Maiestatis benevolentiam beneficentiamque indicasti; quanta denique me tibi
5 obligaveris observantia, qui tanta pro me apud eandem R(egiam) M(aiestatem) operatus es, et maiora te facturum insuper polliceris. Cogitanti itaque mihi quonam studiorum meorum testimonio pro tanto beneficio animi in te mei gratitudinem aliquam ostendere possem, ac circumspectanti quae in chartacea mea supellectile recondita tenerem, subito offerebat sese oratio quaedam, sive dicam epistola, qua quondam ad quorundam amicorum improbas
10 preces respondere deliberavi, ac illos a gentilis theologiae studiis dehortari ad evangelicam doctrinam. Hanc itaque relegens pauculis recognovi, dignum arbitratus argumentum quo te donarem per hoc breve temporis spatium, quo mihi facultas non est ampliora scribere, nec tibi, qui ex officio tuo apud R(egiam) M(aiestatem) nunc aliis studiis ac curis occuparis, otium adest ampliora perlegere; optimum proinde ratus de re utili ac profutura parvum
15 libellum mittere, quam de vilioribus et abiectioris momenti amplissimum volumen.

Accipe igitur nunc felici auspicio nostrum quantulumcumque est (licet maiora virtus tua meretur) litterarium munusculum: ipsumque non ab exiguitate voluminis, sed ab utilitate ac veritate doctrinae studiique in te mei observantia existimato. Dehortationem autem hanc ideo tibi inscriptam voluimus, ut te illius argumenti exhibeas patronum ac Christianissimo
20 Regi vestro persuadeas, ut pro sui nominis praecellentia (quo Christianissimus vocatur) ac debito suo in hoc christianissimo regno Christi litteras, ab omni gentili, exotica et adulterina doctrina repurgatas, ac etiam a sophistarum laqueis liberis libere docere iubeat atque tueatur: in hoc siquidem suo christianissimo nomini dignissimum piissimumque Regem sese exhibiturum.

25 Vale felicissime et, quo coepisti, amore me diligere ne cessa, ac Regiae Maiestati carum commendatumque redde atque conserva. Iterum vale.

E Lugduno, X Iunii, anno humanae Salutis MDXXVI.

*Henrici Cornelii Agrippae
Dehortatio Gentilis Theologiae,
ad amicos aliquos quondam perorata.*

Efflagitastis iam saepe a me, ut librum Termaximi Mercurii *De sapientia ac potestate Dei* (quem ante aliquot annos in Ticinensi celebri gymnasio publica praelectione professus sum) per hoc otium vobis exponerem, atque ex eodem vobis *Pimandri* (videlicet divinae mentis) lucem ostenderem. Petitionem autem hanc, cum nec utilem vobis esse
35 perspexerim, nec intentionem ipsam rectam quoque diiudicaverim, rennui. Tamen, quo vos voti compotes fieri desideriique limitem assequi possetis, obtuli me vobis paulinas epistolas declaraturum¹. Nunc autem, illis refutatis, denuo rursusque instatis eandem cantilenam canentes². Miror admodum et stupeo irascorque vos, qui in Evangelio Christi baptizati estis, qui in Ecclesia Christi sacerdotio fungimini, post sanctum baptismum, post
40 sacrum chrisma, Dei cognitionem ab Ethnicis quaerere, quasi Evangelium mancum sit et in Spiritum sanctum peccare sit venia. Quicumque enim Dei notitiam aliunde quam ab Evangelio parandam putant, ii vere sunt qui Spiritum sanctum incessunt: quae blasphemia neque in hoc neque in futuro saeculo remittitur³.

Nonne legistis Ochoziam, illum magnum Samariae regem, dum aegrotus
45 moribundusque e lectulo mitteret nuntios, qui de vita saluteque eius consulerent Beelzebub, deum Accaron, occurrisse illis, monente Angelo, Heliam Thesbitem, prophetam Domini, et dixisse ad eos: «Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?». Propter hoc dicit Dominus regi: «De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris⁴». Possemne ego vos hoc
50 exemplo deterrere, vel saltem admonere, ac dicere: numquid sunt doctores in Ecclesia, qui vos de Deo abunde probeque erudiant, ut eatis ad consulendum Mercurium Trismegistum, philosophum daemoniorum Aegypti? An nescitis quia pater vester Deus est, qui vos creavit⁵? Mater vero vestra Ecclesia est, quae vos in baptismo regeneravit?⁶ Ut quid ergo, tamquam filii profugi, aliunde quam a parentibus sapientiae alimenta mendicatis, et qui in
55 baptismo semel renunciastis Sathanae, rursus ad Sathanam rebellatis a Deo? Et qui per

38 stupeo] Increpatio *in margine* 40 cognitionem] Matth.12. *in margine* 41 enim] 4.Reg.1. *in margine*

1 Cfr. RICIUS, *Port. Luc.*, f. A3r: «Efflagitasti iam dudum, mi dilectissime, ut circa sancta dei nomina, quae mensuras, ac sphaeros idest numerationes appellari libuit semitan tibi lucis indenderem, qua voti compos fieri desiderique limitem assequi valeas. Petitionem itaque hanc quum iustam esse perspexerim, intentionemque ipsa, hosteriore quoque diiudicaverim, haud pedem referre valui, quin te viae lucis participem constituerem».

2 TREN., *Phorm.*, 3, 2, 10; REUHL., *Art. cabb.*, 3, f. K4r. Cfr. ERASM., *Adag.*, 1, 4, 388.

3 *Mt.*, 12, 31-33.

4 *4 Reg.*, 1, 1-16.

5 *Dt.*, 32, 6.

6 Cfr. RICIUS, *Talm.*, f. E3v: «Qui rapit aliquid a patre et matre particeps viri subversoris est. Pater enim sanctissimum qui est benedictus Deum ostendit, ut scribitur: “Numquid non ipse est pater tuus? Qui possedit te”. Sic et mater Ecclesiam designat Israel, iuxta illud Salomonis: “audi, fili, disciplinam patris et ne dimittas legem matris tuae”».

Christi sanguinem empti estis in libertatem, rursus praedam vos exponitis hostibus fidei et veritatis?

Videte et cavete ne quando, dum potestatem ac Dei sapientiam aliunde quam ab ipso Deo quaeritis, in eandem ipsam potestatem sapientiamque nefario et inexpiabili scelere committatis, quare derelicti tandem in «reprobum sensum¹», vitam simul cum salute amittatis. Nam si «malus daemon semel vobis salutis verba furatus fuerit de memoria, etiamsi velitis salvari, non poteritis; perdidistis enim viam per quam pervenitur ad salutem²». Ideo vos admonet Apostolus ut caveatis «ne quis vos depraedetur per philosophiam³». Si ergo divinorum vos cupido tenet, non est necesse haec ex Ethnicis eruere, qui habetis «in apertum positum de Deo testimonium⁴» et Evangelium veritatis, scientes quia Scripturae quidem perfectae sunt, quippe a verbo Dei et spiritu eius datae.

Sed dicitis hic permulta reperiri in Ethnicorum libris quae cum Evangelica doctrina consentiunt; praeterea haec apud illos maiori verborum decore, sententiarum concinnitate ac suavitate dicendi tractata, magnum quoque haec vobis ad credendum fidei nostrae argumentum praestare atque calcar incutere. Erratis tota via⁵ si ex philosophorum litteris imitari vitae christianae rationes et posse vos ad virtutem erigi putatis: cavete ne tantum penes vos valeat Ethnicorum philosophia ut sit vobis ratio doctrinaque christiana contemptui. Esto quod pleraquae illorum cum nostris conveniant. At quae est vestra haec dementia, quae fascinatio, Evangelicam doctrinam vobis plus placere apud Hermetem, Platonem, Plotinum, Aemilium, Iamblicum, Proculum, et caeteros huius farinae philosophos⁶, quam apud Apostolos, apud Evangelistas, apud ipsum Christum. Nonne iam similes estis his qui, Christi verbis ac miraculis diffidentes, ad voces daemonum atque obsessorum crediderunt, plus fidei habentes daemonibus Christum filium Dei confidentibus, quam ipsimet Christo⁷? Itane et vos dubitatis Christo Deo ea credere, quae ipse de se docuit, nisi haec Ethnicis disciplinis confirmentur, atque philosophis ea concedere, quasi plus illi invenissent a semetipsis quam Apostoli didicissent a Christo, qui

63 quis] 1.Corin.1. *in margine*] Col. 2 *in margine C* 67 Sed] Obiectio *in margine*
70 philosophorum] Responsio *in margine* 77 ac] Luc.4. *in margine* 78 obsessorum] Mar.13.et
5. *in margine* 81 didicissent] didiscent

1 Rom., 1, 28.

2 S. CLEM. ROMAN., *Recogn.*, 1, 26, p. 17: «Ad haec Petrus: Magnifice, inquit, delector, o Clemens, quod tam tuto cordi verba committam, memorem namque esse eorum quae dicuntur, indicium est in promptu habere operum fidem; cui vero malus daemon salutis verba furatur et de memoria rapit, etiam si velit salvari non poterit; perdit enim viam, qua pervenitur ad vitam».

3 Col., 2, 8.

4 IREN., *Adv. haer.*, 2, 28, 1, p. 431: «Habentes itaque regulam, ipsam veritatem et in apertum positum de Deo testimonium, non debemus per quaestionum (declinantes in alias atque alias) absolutiones, ericere firmam et veram de Deo scientiam, [...]».

5 ERASM., *Adag.*, 1, 1, 48.

6 ERASM., *Adag.*, 3, 25, 2444.

7 Mc., 3, 11-12; Lc., 4, 33-34; Iac., 2, 19; AUGUST., *Serm.*, 168, 2, 2: «Sed fides debet esse Christianorum, non daemoniorum. Nam, sicut dicit Iacobus apostolus: “Et daemones credunt et contremiscunt”. Et daemones dixerunt Christo: “Tu es Filius Dei, scimus qui sis”; ideo regnaturi sunt cum Filio Dei? Absit! Discernenda est ergo fides daemonum a fide sanctorum».

est Deus, vincantque potius quam fallant, dum circa divina superbiunt vanis vocibus, ac si non in corde sed in lingua sapientia collocata sit¹. Nonne haec est illa sapientia philosophorum, de qua ait Christus, «Quia filii huius saeculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione hac²?». Haecine vobis pluris placet quam Evangelistarum Apostolorumque crassula et idiotica dogmata?

85 Sed nescitis quia intellectus eius est ad mortem et doctrina eius ad interitum, et «qui applicabitur ei descendet ad inferos, qui recesserit ab ea salvabitur³? Haec est illa «mulier aliena et extranea, stulta et clamosa, plena illecebris, quae mollit sermones suos, propinans aquas furtivas et panem absconditum, quae relicto duce pubertatis suae, pacti Dei sui oblita est, cuius domus inclinata est ad mortem et semitae eius ad inferos, ubi sunt gigantes, et convivae eius in profundo inferni⁴». An ignoratis quia in Evangelio Abraham respondit diviti sepulto in inferno et nuncium ad fratres postulanti, ut assentirent Mosi et prophetis quicumque non vellent descendere in locum illum⁵?

95 Sed absit, dicitis, ut Ethnicorum dogmatibus fidei victoriam demus, vel illa tamquam verbum Dei recipiamus, sed tamquam opiniones et placita philosophorum, hominumque litteratorum, ut illa cum divinis Scripturis conferamus illasque per haec ornemus. Atque idcirco necesse est per haec vos trahi «in reprobum sensum, et ubi maxime vos videre putatis, ibi ad ipsum veritatis lumen maxime caecutire, sicut locutus est Christus se venisse in mundum, ut «non videntes videant, et videntes caeci fiant⁶». Nonne erratis caecutientes, si per haec Sacras Litteras decorare vos creditis, per quae magis faedantur conspurcanturque? Sed et quomodo arbitramini vos posse haec cum illis conferre, cum
100 «nulla sit conventio Christi cum Belial, lucis cum tenebris, fidelis cum

83 collocata] Luc.16 *in margine* 87 est] Prover.2.et.9. *in margine* 95 dogmatibus] Obiectio *in margine* 98 necesse] Responsio *in margine* 102 conferre] 2.Corin.6. *in margine*

1 Cfr. LACTAN., *Divin. Instit.*, 3, 13, p. 384: «Superest pars illa philosophiae tertia, quam vocant λογικήν, in qua tota dialectica, et omnis loquendi ratio continetur. Hanc divina eruditio non desiderat: quia non in lingua, sed in corde sapientia est; nec interest, quali utare sermone: res enim, non verba quaeruntur».

2 *Lc.*, 16, 8.

3 *Pr.*, 9, 13-18.

4 *Pr.*, 2, 16-18; LAZAR., *Crat. Herm.*, ff. 66r-68r: «Admonet nos in *Proverbiis* Salomon ut in divina sapientia persistamus his verbis: “Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui”. Si igitur divinorum sapientia mulier et cisterna nostra est, si ad extraneam ingrediemur, furtivas nobis aquas panemque absconditum subministrabit; adulteria namque furta dicuntur, aqua vero nostrae cisternae sapientiae divinae intelligentia est. Aquae furtivae intelligentiam carnalis prudentiae prefigurant, utrumque vero alibi per vinum significatur. [...] Quae ideo dicitur in foribus domus suae exclamare quia prudentia carnis ambitiosa est, et cum nihil omnino sciat, cupit docta videri reputarique, clamat igitur palam et per plateas disputat sophismatum munita ambagibus. Qui autem sophisticè loquitur, odibilis est et in omni re defraudabitur. Non illi data est a domino gratia, omni enim sapientia defraudatus est, [...]. Qui divinam sequuntur sapientiam pigmei id est parvuli dicuntur. [...] A contrario vero sensu gigantes sunt qui se materialibus applicant. Ideo dicitur in *Proverbiis*: “Vir qui erraverit in via doctrinae, in cetu gigantum commorabitur”. Hi sunt qui babel turribus edificaverunt, hi sunt qui montes montibus cumulantes regnum celeste affectasse a poetis dicuntur, qui tandem oppressi montibus interierunt.[...] Ideoque finguntur anguipedes, quia sensibilibus et materialibus insistentes per ima tantum serpunt ad divina nequaquam evolvunt, tantum veri esse credentes quantum sensuum persuasionibus approbatur.

5 *Lc.*, 16, 19-31.

6 *Mt.*, 13, 13; *Mc.*, 4, 11-12.

infidelibus¹? Nonne similes estis homini aegroti, «qui ad sui medelam medicum pariter et
105 venenarios invitat, cum illi nocere quidem possunt, curare non possunt, alter venenis
illorum sua medicamina miscere recusat, ne aut pernicies bonis aut salus nocentibus
adscribatur?» An non iam intelligitis dum simul haec et illa iungere vultis, «in hoc esse
salutis vestrae subversionem²»?

110 Esto, gravis auctor est Trismegistus, cui si Platonem atque Plotinum iunxeritis, non
dubium est quin multa de Deo ac divinis curiose ornateque tractaturi sunt. «Quod autem
verum est et certum atque firmum adiacet Deo³». Non decet ergo hominem Christianum
haec ab illis discere, sed ab illo solo qui dixit: «Ego sum veritas⁴»; in cuius sacra
huiusmodi Ethnicos porcos immittere, ne dicam illis praeponere, non potest esse non
temere factum.

115 Dicitis iterum non idem de Hermete quod de caeteris philosophis iudicium esse, ut qui
non tam philosophus fuerit quam propheta, quem Lactantius gravis auctor inter Sibyllas et
Prophetas commemorat⁵. Ad haec respondeo vobis Augustini verba contra Manichaeum,
dicentis: «Si quid veri de Deo Sibyllae vel Orpheus, aliive Gentium vates aut philosophi
dixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam, non
120 tamen ad illorum auctoritatem complectendam⁶». Quantum enim distat de Christi adventu
inter praedicationem angelorum et confessionem daemonum, tantum

112 ab] Ioan.14. *in margine* 115 Dicitis] Obiectio *in margine* 115 iudicium] Lactan. *in*
margine; omittit C 116 quem] Augu.contra Manicheum *in margine* 117 Augustini] Responso
in margine 118 de] Augu.contra Manicheum. *in margine; omittit C*

1 2 *Cor.*, 6, 14-15; cfr. HIERON., *Epist.*, 22, 29 (PL 22, p. 416): «Quae enim communicatio luci ad
tenebras? Qui consensus Christo et Belial? Quid facit cum Psalterio Horatius? Cum evangeliiis Maro? Cum
Apostolo Cicero? Nonne scandalizatur frater, si te viderit in idolio recumbentem? Et licet omnia munda
mundis et nihil reiciendum sit, quod cum gratiarum actione percipitur, tamen simul bibere non debemus
calicem Christi et calicem daemoniorum».

2 S. CLEM. ROMAN., *Recognit.*, 5, 26, p. 142: «In hoc subversionem salutis vestrae non intelligitis. Tale
est enim hoc, quale si quis aeger ad medelam sui medicum pariter et venenarios invitet, cum illi nocere
quidem possint, curare non possint, verus autem medicus venenis illorum recuset sua medicamenta miscere,
ne aut pernicies bono aut sanitas nocentibus adscribatur».

3 IREN., *Adv. haer.*, 2, 28, 2, pp. 432-433: «Multa quidem dicimus, et fortassis suasoria, fortassis autem
non suasoria: quod autem verum est, et certum, et firmum, adiacet Deo».

4 *Io.*, 14, 6.

5 Cfr. LACTAN., *Divin. Instit.*, 1, 6, 1-13: «Apud Ciceronem Gaius Cotta pontifex [...] “quique fuisse
Mercurios” ait et enumeratis per ordinem quattuor “quintum fuisse eum, a quo sit Argus occisus”, ob eamque
causam in Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges ac litteras tradidisse. Hunc Aegyptii Thoyth appellant,
a quo apud eos primus anni sui mensis id est September nomen accepit. Idem oppidum condidit, quod
etiamnunc Graece vocatur Mercurii civitas, et Pheneatae colunt eum religiose. Qui tametsi homo fuit,
antiquissimus tamen et instructissimus omni genere doctrinae adeo, ut ei multarum rerum et artium scientia
Trismegisto cognomen imponeret. Hic scripsit libros et quidem multos ad cognitionem divinarum rerum
pertinentes, in quibus maiestatem summi ac singularis dei adserit isdemque nominibus appellat quibus nos
'dominum et patrem'; *Ivi*, 4, 6, 1-4: «...Esse autem summi dei filium [*scil.* Spiritus], qui sit potestate maxima
praeditus, non tantum congruentes in unum voces prophetarum, sed etiam Trismegisti praedicatio et
Sibyllarum vaticinia demonstrant».

6 AUGUST., *Contr. Faust.*, 13, 15: «Sibylla porro, vel Sibyllae, et Orpheus, et nescio quis Hermes, et si
qui alii vates vel theologi, vel sapientes, vel philosophi Gentium de Filio Dei, aut de Patre Deo vera
praedixisse seu dixisse perhibentur, valet quidem aliquid ad Paganorum vanitatem revincendam, non tamen
ad istorum auctoritatem amplectendam, [...]».

125 distat inter auctoritatem Prophetarum et curiositatem sacrilegorum. Quod si auctoritati
 hominum gravissimorum iam plurimum deferendum est, quibus quaeso plus deferendum
 putatis: Hermeti, Platoni, Plotino et consimilibus philosophis, qui suis excogitatis
 opinionibus innixi, obtenebrato intellectu, altissima Dei et naturae arcana non percipientes,
 ea de Deo divinisque tradiderunt quae nec ratione sunt subnixa, nec a Spiritu Sancto sunt
 130 suggesta, sed deliramenta quaedam, ne prudentibus saltem hominibus digna; an Moysi,
 Davidi, Salomoni, Prophetis, Evangelistis, Apostolis, qui divino spiritu plenissimi,
 omnimoda sanctitate, oraculis, miraculis ac ipsius vitae discrimine effusique sanguinis
 testimonio dogmata sua probarunt? Quod si illis posthabitis ad philosophos recurritis, et ab
 Ethnicis errorum magistris discere laboratis quae a Christo et Spiritu sancto suscipere
 deberitis, nonne insani eritis ac simul impii futuri sitis? Si ergo nunc Christiani estis,
 Christi litteras discite. Hanc siquidem suis notam ipse praescipit: «Qui diligit» (inquiens)
 «me, sermones meos audit¹». Ab illo igitur discendum est quid de Deo intelligendum sit.
 135 Dei enim iustitia non in traditionibus philosophorum, sed in Evangelio est. Quod si in illo
 Deum non cognoveritis, in aliis vos cognituros nequaquam speretis; neque enim alius
 poterit enarrare quae sunt Dei Patris, nisi proprium eius Verbum. «Quis enim alius
 cognovit sensum Domini, aut quis eius consiliarius factus est²»?

Sed modo ad exempla confugitis et dicitis: «Licebitne nobis imitari sanctos Patres,
 140 Hieronymum, Augustinum, Cyprianum, Hilarium, Lactantium, Eusebium, Victorinum et
 reliquos multos, quorum libri Gentilium flosculis philosophorumque placitis pleni sunt et
 undique scatent». Atque haec una malorum causa est (ut ait Seneca) vivere ad exempla,
 nec ratione componi, sed similitudine abduci³. Ego Hieronymum et Augustinum scio et
 reliquos Doctores novi, «vos autem qui estis»⁴, qui ea in illis imitari cupitis? In quibus illos
 145 non parum poenituit insumptae operae omnesque in hoc conveniunt, has Gentium litteras
 pestem esse religionis legisque Christi. Discite ergo nunc illorum monitis has cavere, atque
 non illorum prius errantium imitari errorem, potius quam aetate deinde plus sapientium
 poenitentiam.

Quod si exempla penes vos locum habent, habeat et illud quod Hieronymus, quia
 150 Tullium et Platonem nimis avide legebatur, percussus ab angelo, intercedentibus multis
 sanctorum, vix tandem in haec sacramenti verba dimissus est: «Domine, si unquam
 habuero codices saeculares, si legero, te negavi⁵». Neque vero sanctos illos imitari vos
 prohibeo, sed id quod in illis extremum et infimum est vobis proponere non laudo, quin et
 hortor vos et iubeo quod in illis primum ac summum est aemulari; immo ipsos primos ac
 155 summos cum suis inoffenso pede ac securam conscientiam sequi; illos, inquam, qui Deum
 ipsum Iesum Christum in hac luce et viderunt et cognoverunt, qui edocti omnem veritatem,

133 suis] Ioannis.4. *in margine*; *omittit C* 140 et] *Obiectio in margine* 141 placitis]
 Responsio *in margine* 142 malorum] Seneca *in margine* 152 codices] Hiero.in epi. ad
 Eustachium. *in margine* 152 vos] nos A 153 prohibeo] perhibeo C 156 ipsum] Mat.16. *in*
margine 156 cognoverunt] 1.Cor. 12. *in magine*

1 Io., 14, 24; cfr. ERASM., *Paracl.*, f. 5v.

2 Rom., 11, 34.

3 SENECA, *Epist.*, 123, 6: «Inter causas malorum nostrorum est quod vivimus ad exempla, nec ratione componimur sed consuetudine abducimur».

4 Act., 19, 15.

5 HIERON., *Epist.*, 22, 30 (PL 22, pp. 417)

«non ex carne et sanguine, sed a Patre qui in coelis est¹», qui «rapti in coelos viderunt divina arcana, quae non licet homini loqui²», qui «quod fuit ab initio audiverunt et viderunt et manibus contrectaverunt et manifestatum est illis verbum vitae³»; hi sunt qui vobis de
160 Deo indubiam et irrefragabilem scientiam praestabunt.

Quod si tam profunde animis vestris insedit humanae curiositatis fornicarius amor, ut ea quae iam diximus vos a prophanis gentium dogmatibus non deterreant, saltem hoc vobis consultum velim, quod Hieronymus disputat de muliere captiva, ut videlicet, praecisis et deraris pilis⁴ et quicquid idolatriae, voluptatis errorisque fuerit ex stupro in alienam,
165 vernaculos generetis Deo Sabaoth, quemadmodum Oseas Propheta de meretrice genuit filium Israel, qui vocatus est semen Dei⁵. Si haec facere poteritis et Ethnicorum litteras repurgatas ad Christianam eruditionem transtuleritis, et ab Aegyptiis tamquam iniustis possessoribus opima spolia vel clanculum surripientes, illorumque opibus ditati, Ecclesiam Dei locupletaveritis⁶, iam non admodum dissuadeo, sed consulo vobis Ethnicam
170 litteraturam.

Sed vereor ne frustra id tentetis. Ideo vos Augustini consilio uti iubeo, videlicet ut Sacra Scriptura prima sit, ne alienae opiniones imbecillem occupent animum⁷. Nam ad divinarum rerum veridicam cognitionem puro animo opus est et non infecto pravis opinionibus. Qui si aliquibus minus rectis opinionibus praeventus fit, iam per illas, quasi sub specie alicuius
175 scientiae, ignorantiae error in eo vehementius radicatur, quam ut possit evelli, contingitque ut quod ignorat, scire se credat et defendat verum et catholicum esse quod error est vel haeresis. Igitur in theologico studio nihil vobis prius esse debet quam

158 loqui] 1.Ioan.1. *in margine* 163 ut] Hiero.ad magnum urbis oratorem, atque de filio prodigo ad Damasum. *in margine* 163 praecisis] praecisis C 165 meretrice] Deute.21. *in margine* 166 haec] Oseae.1. *in margine* 167 tamquam] Exodi.12. *in margine* 169 ethnicam] lib.20.de doctrina chri.c.8. *in margine; omittit C*

1 Mt., 16, 18.

2 2 Cor., 12, 4.

3 1 Io., 1, 1.

4 HIERON., *Epist.*, 70, 2 (PL 22, pp. 665-666): «Legerat in Deuteronomio (*Cap.* 21) Domini voce praeceptum, mulieris captivae radendum caput, supercilia, omnes pilos, et ungue corporis amputandos, et sic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirum, si et ego sapientiam saecularem, propter eloqui venustatem, et membrorum pulchritudinem, de ancilla atque captiva Israelitidem facere cupio? E si quidquid in ea mortuum est idolatriae, voluptatis, erroris, libidinum, vel praecidio, vel rado: et (e) mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea genero Domini Sabaoth? Labor meus in familiam Christi proficit; stuprum in alienam, auget numerum conservorum»; cfr. ERASMUS, *Enchiridion*, pp. 12-13: «Et Israelites amat alienigenam barbaramque forma captus, sed capillis derasis, unguibus perfectis, ex allophyla facit Israelitidem?»; ID, *Antibar.*, f. Or-v; *Dt.*, 21, 10-13.

5 HIERON., *Epist.*, 70, 2 (PL 22, p. 666): «Osee accepit uxorem fornicariam Gomer filiam Dehelaim, et nascitur ei de meretrice filius Jezrael, qui vocatus *semen Dei* (Osee 1)»; cfr. ERASM., *Ench.*, p. 13: «Et Osee fornicariam ducit, verum ex ea liberos tollit, non sibi, sed domino Sabaoth, sanctumque prophetae stuprum, dominicam auget familiam»; IDEM, *Antibar.*, f. O2r; *Os.*, 1, 2-11;

6 ERASM., *Ench.*, p. 12: «Laudatur Cyprianus, quod Aegyptiis spoliis templum domini locupletarit».

7 AUGUST., *Doct. christ.*, 2, 8, 12: «Erit igitur divinarum Scripturarum solertissimus indagator, qui primo totas legerit notasque habuerit, et si nondum intellectu, iam tamen lectione, dumtaxat eas quae appellantur canonicae. Nam ceteras securius leget fide veritatis instructus, ne praeoccupent inbecillem animum et periculosus mendaciis atque phantasmatis eludentes praeiudicent aliquid contra sanam intellegentiam».

180 evangelica doctrina¹. Hac ingrediendum est via, etiamsi ad unguem non omnia
intellexeritis mysteria; tum receptorum in Ecclesia, sed vetustorum sancotrum Patrum
adhibete commentaria, deinde consulite neotericos². Curiosas autem de Deo divinisque
inquisitiones quaestionumque altercationes et disputationum pugnas, iuxta Apostoli
praeceptum, omnino vitate³. Ubi vero iam animus vester Catholica doctrina firmatus ac
185 corroboratus fuerit, tunc illius lumine per omnes errorum tenebras secure ambulabitis; tunc
libere omnia disciplinarum genera penetrare poteritis; tunc Ulyssis instar si Cyclopum
specus ingrediamini et ad inferos descenderitis, remigrabitis illaesi; si ad Lotophagos, ad
Syrtes accesseritis, regrediemini securi; si Cyrces poculum biberitis, non permutabimini; si
Scyllam praeternavigaveritis, non periclitabimini; si Syrenes audieritis, non obdormietis⁴,
190 sed eritis de omnibus iudicantes, ut ait Apostolus, et a nullo iudicati⁵. Tunc Ethnicorum
doctrinae vobis plurimo erunt adiumento, eorumque suffragio tunc facile ad theologiae
apicem conscendetis.

Quod si converso ordine hoc iter ingressi fueritis, perdetis vos studiaque vestra, ac
tamquam effossis oculis caecutientes, cum rectam via nequeatis prospicere, huc illucque
incerti oberrantes et ad omnem lapidem cespicientes, cum semel a recta via deflexeritis, in
eam amplius ne nasutissimo quidem cane duce dirigi poteritis. Nunc ergo credite mihi,
195 licet iuniori, dum adhuc tempus habetis ad discendum. Quod si non credideritis, sero
tandem credetis, sed et simul deplorabitis. Finis.

177 ingrediendum] 2.Thessa.2. *in margine* 179 intellexeritis] Ad Titum.3. *in margine*
188 Apostolus] 1.Cor.2. *in margine* 196 Finis] *addidit* In libellum De triplici ratione
cognoscendi Deum. Si genus inquiras, verum mortale potentem / Nosse Deum, cuius diceris
effigies. / Hoc lege quod mira struxit Cornelius arte, / Cuius et ingenium nobile audit opus. / Te
prius ut noscas, prudens hortatur, et addit / Noscere tu possis, qua ratione Deum. A; *omittit* C

1 2 *Th.*, 2, 1-4.

2 Cfr. ERASM., *Ench.*, pp. 13-14: «Ex interpretibus divinae Scripturae eos potissimum delige, qui a litera quam maxime recedunt. Cuiusmodi sunt in primis post Paulum Origenes, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus. Video enim neotericos theologos literae nimium libenter inhaerere, et captiosis quibusdam argutiis, magis quam eruendus mysteriis, operam dare, quasi vero non vere dixerit Paulus, legem nostram spiritalem esse».

3 *Tit.*, 3, 9; 2 *Tim.*, 2, 23-26.

4 APUL., *De deo Socr.*, 24, 177-178, p. 858: «Nec aliud te in eodem Ulixae Homerus docet, qui semper ei comitem voluit esse prudentiam, quam poetico ritu Minervam nuncupavit. Igitur hac eadem comite omnia horrenda subiit, omnia adversa superavit. Quippe ea adiutrice Cyclopi specus introiit, sed egressus est; Solis boves vidit, sed abstinuit; ad inferos demeavit et ascendit; eadem sapientia comite Scyllam praeternavigavit nec ereptus est; Charybdi consaepus est nec retentus est; Circae poculum bibit nec mutatus est; ad Lotophagos accessit nec remansit; Sirenas audiit nec accessit».

5 1 *Cor.*, 2, 14-16.

APPENDICE II

DE ORIGINALI PECCATO

1. Nota al testo.

1.1. La progettazione di un'opera dedicata a chiarificare passi tradizionalmente controversi del testo biblico, in particolar modo quelli riguardanti la narrazione del peccato adamitico e l'interpretazione corretta di essi in un contesto simbolico-allegorico, potrebbe forse risalire al periodo conclusivo del soggiorno di Agrippa nella penisola italiana, all'incirca tra il 1515 e il 1517. Sono anni in cui il filosofo, stabilitosi per poco tempo a Casale, nel Monferrato, ha modo di insegnare occasionalmente presso l'università di Torino, svolgendo alcune lezioni appositamente dedicate all'esegesi e al commento delle Scritture¹. Al contesto universitario potrebbe quindi ricondurre la progettazione o la formulazione dell'impianto esegetico organizzato nell'orazione *De originali peccato*.

Le principali informazioni biografiche di cui disponiamo in merito alla cornice temporale appena menzionata dipendono sostanzialmente dal contenuto del carteggio di Agrippa, fonte primaria e indispensabile per ogni ricostruzione fondata della sua vicenda biografica². Le notizie che ricaviamo dall'epistolario non permettono, tuttavia, di chiarire

1 NAUERT, *op. cit.*, 1965, pp. 51-52.

2 Benché sul versante dell'indagine filosofica il pensiero di Agrippa sia stato oggetto, negli ultimi due secoli, di studi importanti e di approfondite interpretazioni, nondimeno sul piano delle fonti per la storiografia, nonché della ricostruzione biografica stessa, poca attenzione è stata attribuita dagli studiosi al recupero e allo studio dettagliato del carteggio. La documentazione epistolare di Agrippa – un ricco patrimonio storico-letterario, capace di illuminare, grazie alla varietà e all'influenza dei corrispondenti, aspetti interessanti della storia europea del XVI secolo, non è stata purtroppo resa oggetto di un'analisi accurata. Gli stessi biografi di Agrippa, Henry Morley, Auguste Prost e Charles G. Nauert, hanno fondato le loro ricostruzioni quasi esclusivamente su edizioni lacunose e imprecise della corrispondenza, pubblicate nel corso del Cinquecento e del Seicento. La necessità di offrire agli studiosi un testo critico, attendibile e aggiornato dell'epistolario, corredato da un commentario e da un apparato di fonti, assume un valore imprescindibile per ogni ricerca futura sulla vita e sul pensiero di Agrippa; cfr. ZAMBELLI, *Agrippa nelle fonti e negli studi recenti*, in «Rinascimento», 8, 1968, pp. 182-183: «Certo un'edizione critica dell'epistolario, che comprendesse lettere scritte e ricevute da Agrippa [...] sarebbe uno strumento utilissimo

inoppugnabilmente le circostanze di redazione, nonché di stabilire una cronologia definitiva per l'opuscolo di Agrippa. La disposizione delle missive nell'epistolario segue tendenzialmente un ordine cronologico, benché non sappiamo con certezza se l'assetto attuale della raccolta risponda alla volontà dello stesso Agrippa o non sia piuttosto da ricondursi al lavoro degli editori che hanno curato, senza eccessiva acribia, la densa documentazione di Agrippa, divulgata in tempi postumi, ossia nel corso del secondo Cinquecento e del primo Seicento¹. Comunque stia la questione, se lo schema cronologico è valido come criterio generale per leggere la corrispondenza, molto spesso, però, la ricostruzione storica risulta ostacolata per via dell'inserimento di numerose lettere prive di indicazione di luogo, non datate o la cui datazione spuria confonde l'ordine di successione dei testi, a tal punto da ingarbugliare cospicuamente il quadro di svolgimento temporale degli eventi narrati.

Riferimenti al *De originali peccato* compaiono in primo luogo nel secondo libro dell'epistolario di Agrippa, vale a dire nelle epistole 17, 18 e 19 (cfr. *Epist.* 2, pp. 662/663-664/ 664-670). Sulla base del loro contenuto, nonché dell'individuazione dei destinatari, possiamo ricavare una serie di informazioni utili ma al tempo stesso

non solo per la conoscenza dell'attività e dell'itinerario mentale dell'umanista, ma per una serie di altri personaggi legati a lui. [...] L'epistolario è ricco di pagine storicamente molto significative, che integrate con i dati messi in luce dalla più recente storiografia, permetteranno una ricostruzione molto interessante».

¹ Il carteggio completo, pubblicato in edizioni a stampa, fu predisposto con molta probabilità dallo stesso Agrippa; tuttavia venne pubblicato soltanto dopo la sua morte e ristampato clandestinamente nel corso del '500 e del '600. Una delle prime versioni – assunta spesso dagli studiosi come testo di riferimento – è contenuta nelle pp. 593-1073 del secondo volume della silloge che raccoglie tutti gli *Opera* di Agrippa: cfr. *Henrici Cornelii Agrippae, armatae militae equitis aurati, utriusque Iuris Doctoris, & sacrae Caesareae Maiestatis a consilijs & archivis indiciarij, Operum pars posterior*, [probabilmente 1580], Lugduni, per Beringos fratres [probabilmente Basel, ed. Thomas Guarin]. Il carteggio costituisce un lascito intellettuale che necessita di essere ricostruito con cura. Recuperarne il testo assume un'importanza culturale per molteplici ragioni. Le 351 lettere, che formano il *corpus* epistolare, coprono un arco temporale che procede dall'Aprile del 1507 sino al Luglio del 1533; il *corpus* comprende epistole scritte da Agrippa, missive di familiari, amici, autorità ecclesiastiche, autorità politiche, e attraversa momenti cruciali della storia europea negli anni che precedono e seguono la Riforma luterana. A tal proposito il carteggio offre importanti testimonianze per ricostruire, in primo luogo, i rapporti di Agrippa con intellettuali come Erasmo da Rotterdam, Jacques Lefèvre d'Étaples, Symphorien Champier, Filippo Melantone, Eustace Chapuys, con papi come Leone X, con principi come Margherita d'Asburgo; in secundis, i viaggi e le esperienze di studio che il filosofo svolge nelle sedi europee della cultura umanistica: a Parigi con Charles de Bouelles; a Londra con John Colet; a Colonia con i fratelli Andreas e Jacobus Canter, a Pavia con Agostino e Paolo Ricci; a Lione presso la corte di Francesco I, per ricordarne alcune. Sul piano dei contenuti le epistole evidenziano una ricchezza poliedrica, tipica della corrispondenza degli umanisti: vi si trovano, tra i vari argomenti, meditazioni sul valore della letteratura classica, proposte esegetiche relative alla comprensione di passi biblici, disquisizioni sul valore della cabala ebraica, dibattiti sull'alchimia, sulla medicina, sull'astrologia, sulla magia in generale, riflessioni sulla formazione dei letterati, apologie di intellettuali come Reuchlin, Tritemio, Pico. Lefèvre d'Étaples, discussioni sulla teologia scolastica, sul movimento luterano, proposte per una riforma del sapere.

problematiche per quanto riguarda la composizione dell'opera. Si tratta infatti di lettere stilate a margine della redazione del *De originali peccato*. L'epistola 17, ad esempio, costituisce la dedicatoria del trattato, redatta da Agrippa e indirizzata al vescovo e teologo agostiniano Dietrich Wichwael; essa, tuttavia, non registra il luogo da cui è stata inviata, né presenta alcuna datazione. L'epistola 18, invece, che contiene le obiezioni di Wichwael alle tesi formulate da Agrippa nell'opuscolo, riporta: «Ex oppido Bedbar Ducatus Montanorum. Anno 1518». La corposa e articolata risposta di Agrippa al vescovo, ossia l'epistola 19, è datata infine con molta precisione: «Ex civitate Metensi, sexta Februarii. Anno 1518».

Una conferma ulteriore di quanto accennato proviene da due documenti importanti nella produzione dell'autore, le sillogi di opuscoli curate dallo stesso Agrippa, stampate ad Anversa nel 1529 e a Colonia nel 1532, in cui è presente il testo delle lettere incluso anche nell'epistolario: l'edizione del '29 riporta al f. I3r la dedica a Wichwael (epistola 17), ai ff. K8r-L1r la lettera del vescovo ad Agrippa (epistola 18) e ai ff. L1r-L4r la risposta di Agrippa (epistola 19); l'edizione del '32 riporta al f. H7v l'epistola 17, ai ff. I7v-I8r l'epistola 18, ai ff. I8v-K3v l'epistola 19. Esiste poi una redazione manoscritta di queste stesse lettere, trascritte dal copista francese nella raccolta conservata a Lione (Ms. PA 48), che riporta, oltre al frammento del *Dialogus de homine*, una redazione integrale del *De originali peccato*, con numerose integrazioni a margine e alcune varianti rispetto alle versioni a stampa. Nel codice lionese le lettere occupano rispettivamente i ff. 1r-2e (epistola 17), 27r-29r (epistola 18) e 29v-39r (epistola 19)¹; per quanto riguarda luoghi e date di composizione, sia le epistole incluse nelle edizioni a stampa, sia le lettere manoscritte ribadiscono le stesse informazioni contenute nella corrispondenza.

In base a quanto documentato, se si esclude una retrodatazione al periodo torinese, la composizione dell'opuscolo potrebbe allora risalire ai primi mesi del 1518, vale a dire ai primi tempi del soggiorno di Agrippa in Francia, quando, stabilitosi temporaneamente a Metz in qualità di diplomatico e avvocato stipendiato per conto del governo cittadino, decide di impegnarsi con assiduità e dedizione nello studio intenso e capillare delle Scritture². Se ciò è plausibile, la stesura del *De originali peccato* deve essersi realizzata in

1 Un estratto della medesima epistola è riportato ai ff. 25r-27r.

2 VAN DER POEL, *op. cit.*, 1997, pp. 26-27: «At the beginning of 1518, after a brief relationship with the court of Charles III (1490-1527), Duke of Savoy, who was the first military officer ('connétable') of King

brevissimo tempo, tra gennaio e i primi giorni di febbraio, visto che la replica di Agrippa alle obiezioni di Wichwael è datata al 6 febbraio 1518.

Per avallare l'ipotesi sarebbe necessario datare con molta precisione una nuova lettera, che segue poco dopo quelle presentate nell'ordine previsto dal carteggio. Si tratta dell'epistola 21 del secondo libro, una preziosa testimonianza per ricostruire il periodo di Metz, non solo in quanto attesta, assieme ad altre cinque lettere purtroppo non datate (*Epist.*, 2, 20, 22-25, pp. 669-670/670-674) la profonda amicizia che lega Agrippa a Claude Dieudonné, il monaco già menzionato in precedenza come possibile copista del manoscritto lionese contenente il *Dialogus de homine* e il *De originali peccato*¹, ma soprattutto perché ci informa – relativamente al periodo che precede la celebre disputa sulla monogamia di sant'Anna, scoppiata nel 1519 – di alcune visite ufficiali di Agrippa presso il convento celestiniano di Metz in qualità di oratore. Durante questi incontri, risalenti presumibilmente alla fase iniziale del soggiorno francese, Agrippa avrebbe discusso con Dieudonné e con gli altri monaci di questioni prettamente teologiche, in particolare «de statu primi hominis ante casum», e inoltre «de casu angelorum», secondo quanto riferisce lo stesso Dieudonné.

Stando alle parole del monaco si potrebbe ipotizzare che in quelle occasioni Agrippa avrebbe tenuto ai monaci alcune lezioni in cui potrebbe aver presentato oralmente il suo *Dialogus de homine*, oltre a discutere di temi ricordati, cioè questioni incentrate prevalentemente sull'esegesi delle Sacre Scritture. La lettera di Dieudonné costituisce quindi un breve ragguaglio sull'ultimo di questi incontri, redatto appositamente il giorno

Francis I, and a protracted search for a better employer,⁴⁴ Agrippa took up a position as a travelling ambassador and legal adviser ('advocatus, syndicus et orator') in the service of the free imperial city of Metz. Although Agrippa no longer occupied an academic position, he remained very actively engaged in theological investigation. Two letters from this period to his old friend Theodorichus Wichwael, who died in 1519, suggest that Agrippa considered his return to the North and his settlement in Metz as an act of spiritual recollection and the occasion to devote himself completely to the study of the Bible. [...] The correspondence covering the Metz period indeed illustrates how Agrippa was actively involved in Biblical studies and spiritual meditation. What is more, the correspondence shows that from this period on, Agrippa became increasingly interested in the debates over theological and religious issues which were developing with ever greater ferocity between those who advocated reform in the Church and those who wanted to avoid change, seemingly at all costs. As far as it is clear from Agrippa's private correspondence and published treatises, he invariably took a very critical attitude toward conservative churchmen who wished to block reform, but at the same he never favored an attitude that could lead to a schism in the Church»; cfr. *Ivi*, p. 225; NAUERT, *op. cit.*, 1965, p. 58 e nota 5.

¹ Cfr. cap. VI, p. 128-132. Lo scambio epistolare con Dieudonné è riportato anche in appendice all'edizione, stampata nel 1534 senza indicazione di luogo, delle *theses* di Agrippa sulla monogamia di sant'Anna, scritte nel 1519 per difendere l'opuscolo *De tribus et una* di Lefèvre d'Étaples; cfr. *DP*, ff. Nr-N7r.

dopo, allo scopo di chiedere che l'autore metta per iscritto quanto ha esposto e discusso il giorno precedente. Tale richiesta è avanzata allo scopo di chiarire meglio alcuni passaggi teorici della sua relazione che sono stati trascurati o fraintesi dai confratelli durante l'esposizione orale:

Hestema die, doctorum doctissime, cum inter corporales epulas eleganti et sapidissimo intellectus et vitae cibo nos satiaris abundantius, multaque de statu primi hominis ante casum, et de casu angelorum, ornatissimo ac compendioso sermone dissereres, aliqui fratrum nostrorum magis corporis, quam animae refectioni intenti, ea minus attente audiverunt, aliqui insipientius intellexerunt. Quare abs te charitatis affectu humiliter postulo, dum tempus vacat, ea mihi per modum epistolae, ut brevius clariusque fieri poterit, epilogando describas, et si quid ego pro te potero, praecipe, et ego pro viribus mandata tua libenter implebo.¹

Non si sa con certezza come Agrippa abbia reagito alla lettera del monaco. È possibile che egli abbia effettivamente soddisfatto la richiesta, trovando così l'occasione per redigere l'orazione sul peccato originale². Ciò confermerebbe il contenuto dell'epistola 22, nella quale Dieudonné in primo luogo ringrazia amabilmente Agrippa per averlo risollevato dalla tristezza che invadeva il suo animo e per aver disperso le perplessità che occupavano la sua mente, in secondo luogo informa il filosofo di voler trascrivere, assieme al suo "dialogo", quanto delle sue opere lo stesso Agrippa ha voluto leggergli a voce durante l'ultimo colloquio, ossia nell'occasione di un incontro privato, verosimilmente posteriore alla lezione frontale descritta nell'epistola 21.

Licet nulla in re, doctor eximie, quae tuos fidelissimae erga me charitatis merentur occursum, virtutum aut gratiarum insignia praecesserint, aut sequi possint. Tristitias tamen et animi mei nebulas radianti tui spiritus fulgure effugare dignatus es, quae res profecto me tibi indissolubili charitatis nexu devinctum reddidit. Navem itaque mentis meae, phantasmatum quasi ventorum turbine agitatam, ad portum tranquillitatis iam quodammodo reduxisti; oroque ut incoepa citius perficias. Caeterum adeo, tui operis, quod nuper mihi legere dignatus es, amore captus sum, ut

¹ *Epist.*, 2, 21, p. 670.

² VAN DER POEL, *op. cit.*, 1997, p. 31; *Ivi*, pp. 225-226.

non quiescat spiritus meus donec idipsum, una cum dialogo tuo, transcripsero. Quippe multa in illis reperi quae, diu apud plures perscrutatus, nusquam invenire potui¹.

I testi che Agrippa avrebbe letto privatamente al monaco e che questi avrebbe trascritto in seguito per conto proprio sono, con molta probabilità, il *Dialogus de homine* e il *De originali peccato*, oltre alle «Conclusiones», composte in difesa di Lefèvre d'Étaples, ossia le *De beatissimae Annae monogamia, ac unico puerperio propositiones abbreviatae et articulatae*², che Dieudonné menziona nell'epistola 24 del medesimo secondo libro: «Conclusiones tuas cum maxima difficultate furtivis horis (occupor enim nimis, et nihil mihi otii ferme relictum est) egomet tibi propria manu transcripsi³», ma di cui non è sopravvissuta alcuna testimonianza manoscritta.

Sulla base di quello che il monaco riferisce nel suo resoconto epistolare, le questioni teologiche affrontate in occasione degli incontri con Agrippa a Metz potrebbero ricondurre in effetti al discorso antropologico già delineato nel *De homine*, ma sviluppato ampiamente solo in seguito, vale a dire nel *De originali peccato*, quantomeno nella versione manoscritta che, con tutta probabilità, precede l'edizione a stampa del 1529. Certo se poi si riuscisse a dimostrare che la stesura del manoscritto di Lione riconduce innegabilmente alla mano di Dieudonné, nonché al periodo delle visite di Agrippa a Metz, allora sarebbe confermato non solo il fatto che il monaco ha registrato quanto effettivamente conosceva dell'opera di Agrippa o, addirittura, quanto lo stesso Agrippa aveva esposto in sua presenza nel 1518 – ossia il *De originali peccato*, il *Dialogus de homine* e le lettere riportate nel codice lionese – bensì risulterebbe convalidata anche l'ipotesi che ascrive ai primi mesi del soggiorno francese, non dunque a una stagione precedente, la stesura dell'opuscolo teologico.

Il testo critico del *De originali peccato* e dell'epistola dedicatoria, che qui presento per la prima volta in una versione di riferimento, si fonda sulla collazione e sullo studio di tre

¹ *Epist* 2, 22, pp. 670-671.

² Cfr. cap. VI, p. 131; *Epist.* 2, 24, p. 672: «Conclusiones tuas cum maxima difficultate furtivis horis (occupor enim nimis, et nihil mihi otii ferme relictum est) egomet tibi propria manu transcripsi. Neque enim ausus fui cuiquam hanc provinciam committere, quippe fratres nostri rudes et idiotae, nimis invidia omnes bonarum litterarum amatores prosequentes, detrahunt non parum Magistro Iacobo Fabri, mihi aequae et tibi, ita ut nonnulli me iniuria haud parva affecerint. Quamobrem cogitavi tuas conclusiones occultare, ne eorum invidia magis insaniret».

³ *Epist.* 2, 24, p. 672.

testimoni, dei quali due in edizioni a stampa e uno in tradizione manoscritta: l'*editio princeps* (A) – la silloge di opuscoli preparata dallo stesso Agrippa e stampata presso Michael Hillenius ad Anversa nel 1529 – che riporta la prefatoria e l'orazione ai ff. I3r-K4r; una seconda edizione della medesima (C) – pubblicata a Colonia nel 1532 – che presenta ai ff. H7v-I7r gli stessi testi con qualche variante rispetto alla *princeps* e una sola integrazione testuale (linee 151-153: «Cibus hominis in Paradiso, fructus terrae, cibus virgineus nullo coitu propagatus. Extra Paradisum lapso per coitum, animalia coeuntia in cibum concessa sunt»); la stesura manoscritta (L), risalente al codice di Lione Ms. PA 048, che attesta ai ff. 1r-25r una redazione parzialmente diversa del *De originali peccato*, caratterizzata, oltre alle numerose varianti, da frequenti e corpose integrazioni a margine, riconducibili, forse, alla lettura e trascrizione del testo aggiornato, ossia dalla versione risalente alla prima edizione a stampa dell'opera¹.

L'apparato critico, presente nella parte inferiore del testo, elenca tutte le varianti, le inesattezze tipografiche, le correzioni e ogni intervento del copista o dell'editore sul testo. A esso si aggiunge l'indicazione delle fonti letterarie, filosofiche e religiose, fondamentale per individuare le citazioni, i riferimenti paralleli e le revisioni testuali, nell'ottica di inquadrare correttamente il metodo di scrittura e controllo del testo a cui Agrippa sottopone scrupolosamente le sue opere.

A tal proposito, occorre precisare immediatamente che la complessità dei problemi filologici riscontrati nello studio del *De originali peccato* – problemi che ho ripetutamente affrontato lavorando sul testo per ricostruire e interpretare l'opera in sede storico-filosofica – è tale da richiedere un approfondimento ulteriore; ossia uno studio apposito e mirato che intenda presentare un'analisi complessiva delle strategie testuali, delle finalità teoriche e del percorso di conservazione che caratterizzano la vicenda storica e il significato filosofico dell'opuscolo di Agrippa. Un lavoro del genere travalica, per ampiezza di indagine, i limiti e gli scopi che mi sono imposto in questa appendice e, più in generale, nel corso della mia trattazione. Pertanto, a partire da questa premessa, il testo latino del *De originali peccato* predisposto nelle pagine che seguono è da considerarsi come un'edizione

¹ Cfr. App. II, pp. 169-170; ZAMBELLI, *Agrippa di Nettesheim. "Dialogus de homine"*, prima ed., in «Rivista critica di storia della filosofia», 13, 1958, p. 51: «[La redazione manoscritta del *De originali peccato*] presenta aggiunte marginali alquanto più frequenti e più estese, difficilmente riconducibili a pure dimenticanze nella trascrizione: si tratta infatti di concetti introducibili *ex novo* come precisazioni o arricchimenti successivi, ed una volta – f. 18r – come correzione di un'idea che s'era avviata diversamente».

preparatoria, attendibile in quanto sottoposta a revisione critica, ma provvisoria perché suscettibile, in campo filologico, di ulteriori acquisizioni e di un futuro aggiornamento.

Reverendo in Christo Patri ac domino Sacrae Theologiae doctori, domino Theodorico, Episcopo Cirenensi Archipresulatusque Coloniensis, a suffragiis in sacris administratori dignissimo, Henricus Cornelius Agrippa sese commendat.

De originali peccato primaque hominis transgressione, apud doctissimos
5 praestantissimosque tam veteres quam recentiores Sacrarum Litterarum interpretes, variae
feruntur sententiae, quas animo mecum cum saepe revolverem, nihil mihi praeter obscura
quaedam et ambigua scripsisse videbantur. Non contemptis igitur sed relictis eorum
opinionibus, aliam novamque et meam opinionem (disputabilem dumtaxat, et fortasse non
falsam) adferam. Nescius si quispiam ante me eandem opinatus sit, qui si quis est, nullam
10 facio illi iniuriam si hanc opinionem meam esse dixero, quatenus illam non aliunde quam
proprii ingenii diligentia Scripturarumque examine ex negligentiae tenebris eripuerim.
Edidi itaque brevem et compendiosam declamationem opinionis meae, quam tuae
reverendae candidaeque paternitati dedico, ut tua autoritate a futura oppugnantium
tempestate securior evadat. Scio namque quanta syllogismorum tempestas apud aliquot
15 theosophistas in illam ruitura sit, apud eos dico apud quos nullus est simplicitati locus, sed
sola viget ambitiosa contentio, nec est ruina maceriae neque transitus per syllogismos
eorum, nisi tuo subsidio contra huiusmodi aegyptias sciniphes ranasque tueatur. Vale.

2-3 a suffragiis in sacris] *omittit* L 3 administratori] administratore L 3 Cornelius] Corneli
L 4 primaque] primique L 4 transgressione] transgressione C 6 feruntur] ferunt A; fuerunt C
6 mihi] *omittit* L *et delevit* michi 7 obscura] obscura L 7 contemptis] contemptis L 9 non]
non A 9 adferam] adferemus L 10 facio] fatio L 15 quanta] *omittit* L 15 theosophistas]
theophistas A 15 ruitura] ruina A 16 quos apud] *invertit* C 16 viget] riget A C 17 nec]
Psal.143 *in margine* 17 ruina] ruitura A 17 maceriae] materiae A 18 sciniphes] ciniphes L;
timpes A C

*Henrici Cornelii Agrippae
de originali peccato,
disputabilis opinionis declamatio.*

20

In principio libri *Geneseos* scriptum est dixisse Deum: «Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram¹». «Et fecit Deus hominem, ad imaginem et similitudinem suam perfecit illum²», quod de homine interiore dictum putamus, qui est anima rationalis ad divinae trinitatis simul ac unitatis similitudinem creata. Quo homine
25 interiore sic divinitus constituto, idoneum Deus illi largitus est indumentum ac domicilium, corpus scilicet humanum, quod et sequens litera ostendit, quando dicit: «Formavit Deus hominem de limo terrae», rursusque subiungit Scriptura: «Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae³», quae virtus quaedam est, qua intellectualis anima et terrenum corpus
30 coniunguntur, atque in unum integrum hominem uniuntur. Ex anima itaque divina et corpore terreno spirituque coelesti homo constitutus est in corpore suo immortalis, donec sua sponte divini contemptu praecepti, in corpus mortale deciderit⁴. Hic autem casus, cuiusmodi in utroque vel interiore vel exteriori homine fuerit, ordine declarabimus.

Creato itaque in primis homine (ut iam diximus): «Posuit illum Deus in medio Paradisi». Paradisus nobis hortum deliciarum significat, deliciae omnes ex ornatu sunt,
35 mundus autem ab ornatu dictus est graece κόσμος⁵. Medium mundi centrumque terra est, hanc «dedit Deus filiis hominum⁶». Medium minoris mundi, puta hominis, spiritus est. Ille scilicet quem paulo ante diximus, in quo uterque homo et intellectualis et corporalis uniuntur. Erant in Paradiso varia ligna fructifera, prae caeteris lignum vitae vel lignum scientiae boni et mali⁷, quod erat in medio Paradisi. Lignum vitae, cognitio Dei est

18 Agrippae] Agrippae L 20 Disputabilis... declamatio] declamatio sive disputabilis opinio L
21 In] Gen.1. *in margine* 24 simul ac] simulac A 25 interiore] interiori L A C 26 litera]
Gen.2. *in margine* 32 vel ... vel] et ... et L 32 interiore] interiori L 33 Creato] Gen.2. *in
margine* 34 ornatu] *delevit* sive, mundus mundus L 35 κόσμος] cosmos C 36 minoris]
Ps.113. *in margine* 38 varia] *omittit* L 41 vel] et L 39 mali] Gen.2.et.3. *in margine*
42 eiusque] *delevit* assi

1 *Gen.*, 1, 27.

2 *Gen.*, 1, 28.

3 *Gen.*, 2, 7.

4 Cfr. *DH*, ff. 54v-55r: «Homo itaque immortalis secundum portionem divinam, mortalis autem secundum naturam corporis, quod discordantibus et contrariis elementis qualitatibusque erat compositum. Sed divina lux ipsum inhabitans, pacem elementis inponens, vitam illi perpetuam concessit. Homo autem cum in honore esset omniumque haberet arbitrium, prevaricatus divinum preceptum corpus amplectens, a lucida spera contemplationis in speram concupiscentie et tenebrarum lapsus est, imitatus est iumenta non habentia rationem et similis factus est illis. Tunc indignata et recedente divina luce, quod pacificum vinculum erat elementorum, relaxatis frenis et discordantibus humoribus, innumeri morbi morborumque cause peccata orta sunt homoque propter peccatum morti factus est obnoxius».

5 REUHL., *Verb. mir.*, 1, f. Cr: «Iam igitur videtis qua de re posuit Deus hominem in medio paradisi. Paradisus deliciarum hortus est. Ornatus omnis deliciae sunt. Mundus ab ornatu nomen accepit, quoniam Graece κόσμος dicitur»; cfr. *Gen.*, 2, 15.

6 *Ps.*, 113, 24.

7 *Gen.*, 2, 9.

40 eiusque assidua contemplatio¹, in omni pietate et iustitia; fructus eius sapientia et
castitas, ex quo vita aeterna. Unde ait Salomon: «Sapientia, lignum vitae, est his qui
apprehenderint eam²». Lignum scientiae boni et mali est affectus carnis et prudentia
terrenorum³, cuius fructus est negligentia vel ignorantia Dei, ex quo mors corporis et
animae. Id erat in medio Paradisi, in medio quidem, hoc est in centro mundi situm; in terra
45 scilicet, ubi est generationis et corruptionis habitaculum; sive in medio minoris mundi,
ipsius videlicet hominis, hoc est in spiritu illo quem diximus, in quo vigent potentiae
animae in corpore organisatae, quae mediant inter materiale corpus et immaterialem
mentem; sive iterum dixerimus in medio mundi interioris hominis, hoc erit in ipsa ratione
discurrente, quae mediat inter purum intellectum et sensibilem animam, utriusque boni et
50 mali, veritatis et erroris capax; sive denique in medio corporei hominis mundi dicamus,
hoc erit ubi corruptibilis generationis membra delitescunt.

Sed ad ulteriora procedamus. Erant in Paradiso Adam et Eva, erat in eo etiam serpens
callidior cunctis animantibus terrae⁴. Adam quidem fides est stabilita in Deo, fundamentum
rationis. Ideo ex costa Adae creata est Eva⁵, ratio libera. Serpens autem est ipsa sensualitas
55 quae serpit in terrenis, caducis, infimis et carnalibus⁶. Hic itaque serpens per
concupiscentiam sensibilibus tentavit Evam, rationem scilicet, quae acquiescens serpenti,
ipsis puta sensuum illecebris, decepta est; quae deinde per discursum argumentativum in
sensibilibus deceptit virum Adam, deiciens fidem, quae delapsa in sensibilia, nihil plus veri
credens, quam <quod> ex sensibilibus per rationem demonstrari potest. Defecit adeo
60 divinaque cognitione et contemplatione, ad quam creata est a Deo. Per quam ignorantiam
et negligentiam Dei, quam vetiti ligni fructum supra diximus, privatus homo divino
lumine, cum minime vitam nanciscebatur, perpetuam incurrit mortem. Lignum itaque
scientiae boni et mali prohibitum fuit Adae, scilicet fidei, ne homo fiduciam et spem ponat
in creatis; non legitur prohibitum Evae, quae post praeceptum creata fuit. Ratio enim
65 posterior est fide et fides natura prior ratione. Licet itaque rationi (quae a praecepto libera
est) omnia quae creata sunt investigare, et de illis argumentari, syllogizare, quaerere,

42 apprehenderint] Proverb.3. *in margine* 43 cuius] *delevit* cu L 43 vel] et L
44 quidem] quidam L 47 organisatae] organisato L 52 serpens] Gen.3. *in margine*
53 quidem] quidam L 55 Hic] hinc C 59 <quod>] *coniecit ope ingenii* PERRONE COMPAGNI,
op. cit., 1997, p. 139 59 adeo] a deo C 60 a Deo] adeo L 60 quam] quem A C
62 cum] tum C 62 nanciscebatur] *namsciscebatur* L 62 mortem] *timorem* C
63 scilicet] Gen.2. *in margine* 65 fide] fido L 65 quae] *delevit* crat L

1 LAZAR., *Crat. Herm.*, f. 64r: «Rex. Lignum vite, divinorum contemplationem et sapientiam asseris, o Lazarele. Laz. Sic profecto opinor, aut potius non ambigo».

2 *Pr.*, 3, 18.

3 LAZAR., *Crat. Herm.*, f. 64v: «Laz. Audi igitur. Sicut divinorum amor, contemplatio et sapientia lignum vitae, ita caducarum et materialium rerum affectus et perscrutatio lignum scientie boni et mali appellari potest».

4 *Gen.*, 3, 1.

5 *Gen.*, 2, 21-23.

6 Cfr. AUGUST., *Trinit.*, 12, 13, 20: «...ego non putavi pro muliere sensum corporis esse ponendum, quem videmus nobis et bestiis esse communem; sed aliquid volui quod bestiae non habent; sensumque corporis magis pro serpente intellegendum existimavi».

invenire, demonstrare, concludere, scientiam facere¹. Ideo non peccavit Eva comedendo de ligno scientiae boni et mali, nec obfuit humano generi, nec propter esum ligni corripuit illam Deus. Sed quia obtulit viro suo Adae cui vetitum erat de illo gustare². Neque enim
70 licet rationi turbare fidem, sed subiecta debet esse fidei, nec fides debet rationi succumbere, sed firmiter sperare in Deo. Ideoque condemnavit Deus Adam quia credidit mulieri, neque vero debemus disputare de divinis, sed firmiter credere et sperare. De his vero quae creata sunt licet nobis rationis ministerio philosophari, disputare, concludere,
75 non autem fidem et spem in illis ponere. Ex hoc nunc insuper videre licet quam decipiant qui revolutiones annorum mundi, nativitatum, quaestionum, electionum, et si quod simile artificium est imaginum, intentionum, divinationum et similia prosequuntur, in huiusmodi vanitates credentes et exinde futura sperantes, confidentesque in virtutibus creaturarum, sive naturalium, sive coelestium, sive spiritualium, ut phisici, alchimici, mathematici, astrologi, magi, quae licet per discursum rationis, vel multimodam sensuum experientiam
80 comprobatae sint scientiae. Tamen quia saepissime hominum mentes praestigiant, conscientiae iudicium pervertunt, animam ipsam praecipitant, non debet fides spesque hominum in illis coinquinari. Quod Esaias ipse improperat Babylois dicens: «Sapientia tua et scientia tua ipsa decepit te³. Salvant te astrologi coelorum» (ita enim rectius legitur, quam aruspices coeli) «a quibus veniant tibi quae ventura sunt. Defecisti in multitudinem
85 consiliorum tuorum⁴». Haec de ligno vitae et de ligno scientiae boni et mali, ac interioris hominis lapsu, ita ad moralem sensum prius exponere visum est.

Restat ut ostendamus quidnam effective in re ipsa fuerit originale peccatum, propter quod homo ipse, ex Paradiso pulsus, morti corporis et animae caeterisque malis factus est obnoxius. Multi et veteres et recentiores theologi super hac re multa opinati sunt, et
90 unusquisque eorum in suo sensu abundat, quiscum nescio an plane venia dignum sit meam quoque opinionem conferre, opinionem dico, non fidem, non scientiam, ut si erronea fuerit opinio mea, ab errore verae fidei, ac incontaminatae christianae sapientiae praevaricatione sim alienus. Atque hac conditione nunc libere opinari licebit, et si (ut enim homo sum immaturae aetatis, ingenii ac litteraturae minoris) in sensu meo non tantis Scripturarum
95 testimoniis abundem, ut res ipsa requirit, forsitan sequentur me doctiores quidam, quibus haec nostra opinio non displicebit: ab his me non modicum adiuvari posse confido

67 comedendo] conmedendo L 70 rationi] *delevit* succo 71 Adam] Gen.3. *in margine*
74 decipiant] *decipiat et delevit* re L; *desipiant* C 76 prosequuntur] *persequuntur* L
77 virtutibus] *ututibus* L 78 phisici] *phisiqi* L 81 spesque] *delevit* hominu L
82 Babylois] *Babilonicis* L 82 Sapientia] *Esa.47. in margine* 84 aruspices] *aurispices* L
89 obnoxius] *iteravit* morti corporis et anime ceterisque malis factus est obnoxius L
93 sum] *addidit* et L *effecerint*] *Opinio Agrippae in margine*

1 Cfr. REUHL., *Verb. mir.*, 1, f. Cr: «Posuit igitur hominem in medio universi, cum inferis et superis communem, qui gerat erga superos fidem, erga inferos rationem».

2 Cfr. AGRIPPA, *NFS*, f. B4v: «...viro namque interdictus erat fructus ligni, mulieri non; item, quae neque dum creata erat, illam enim Deus ab initio liberam esse voluit. Vir itaque comedendo peccavit, non mulier, vir mortem dedit, non mulier. Et nos omnes peccavimus in Adam, non in Eva, ipsumque originale peccatum non a matre foemina, sed a patre masculino contrahimus. [...] Neque praeterea increpavit Deus mulierem, quia comederat, sed quia mali occasionem dedisset viro, atque id quidem imprudens, eo quod diabolus tentaretur. Vir itaque ex certa scientia peccavit, mulier erravit ignorans et decepta».

3 *Is.*, 47, 10.

4 *Is.*, 47, 13.

quatenus validioribus rationibus ac argumentis suis, opinionem nostram robustiorem effecerint. Ipsa autem opinio nostra talis est, non aliud fuisse originale peccatum, quam carnalem copulam viri et mulieris. Quod ita esse in quodam *Dialogo* nostro *de homine* 100 paucis quibusdam Sacrarum Litterarum coniecturis persuasimus.

Sed nunc id ipsum paulo diffusius (succincte tamen) ostendemus. Nam Moyses ipse per parabolam contemplatoribus amicam¹, exponens lapsum primorum parentum, nequam quendam daemonem, callidum, atque versutum, salutem humanam invidum, homini inhaerere docet, quem serpentem appellat², cuius fraude primi parentes et omnes qui ex his geniti 105 sunt, immortalitatis illam beatitudinem amiserunt. Hunc serpentem non alium arbitramur quam sensibilem carnalemque affectum, immo quem recte dixerimus, ipsum carnalis concupiscentiae genitale viri membrum, membrum reptile, membrum serpens, membrum lubricum, variisque anfractibus tortuosum, quod Evam tentavit atque decepit, cui recte serpentis nomen similitudoque congruit. Nullum itaque alium daemonem Evam tentasse 110 arbitramur, quam illum de quo ait Iob: «cuius virtus est in lumbis, et potestas in umbilico³», quem Paulus vocat: «stimulum carnis et angelum Sathanae⁴». Hic est ille Sathan qui persuasit lignum scientiae boni et mali, de quo vesci erat prohibitum, non quia invideret Deus homini scientiam boni, sed mali scientiam prohibuit, non vetuit homini sapere, sed plus sapere quam oportet». Nulla autem alia est illa scientia mali, scientia 115 superfluitatis, nisi scientia carnis, scientia impudicitiae, quod ita nos docet Paulus: «non plus sapere quam oportet, sed sapere ad castitatem», non «ad sobrietatem» ut teste Hieronymo male in latinis codicibus legitur traductum⁵. Quae ergo praeter castitatem in pollutione carnis est, haec scientia mala et superflua est quam carnis scientiam. Cum homo pastus esset, indignatus est omnipotens et poenituit se fecisse hominem, poenituit Deum 120 «quia virgo Israel cecidit, et non est qui resuscitet eam⁶», poenituit quia cum omnia possit Deus, virginem post ruinam suscitare non potest. Indignata itaque et recedente divina luce, castitatisque spiritu, invaluit scientia carnis, in qua «aperti sunt oculi amborum» et

98 opinio nostra] *invertit* L 101 diffusius] *diffiniri* L 101 Nam] *Gen.3 in margine*
103 versutum] *vesutum* L 105 illum] *omittit* C 105 arbitramur] *arbitramur* A
110 lumbis] *Iob.40. in margine* 111 carnis] *1.Corin.12. in margine* 112 Sathan] *demon* L
114 oportet] *opportet* L; oportet C 116 oportet] *Rom.12. in margine; oportet* L
117 Hieronymo] *Hiero.contra Iovinianum in margine* 120 cecidit] *Gen.6. in margine*
121 Deus] *Amos.5. in margine* 122 scientia] *Gen.3. in margine*

1 LAZAR., *Crat. Herm.*, f. 64r: «Cum igitur Deus hominem propter se creasset ut divine osequeretur voluntati, divini illi portionem indidit intellectus, ut per eius discursum divinitatem contempleretur contemplanandoque substantiales ad se splendoris radios traheret, ex quo et sapientiam simul vitamque perpetuam adipisceretur; quod per parabolam contemplatoribus amicam, a Mose dictum lignum vite nuncupatur».

2 *Gen.*, 3, 1.

3 HIERON., *Epist.*, 22, 11 (PL 22, p. 400): «Job Deo carus et testimonio ipsius immaculatus et simplex, audi, quid de diabolo suspicetur: Virtus eius in lumbis et potestas eius in umbilico»; cfr. *Io.*, 40, 16.

4 *2 Cor.*, 12, 7.

5 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 37 (PL 23, p. 274): «...non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad pudicitiam (non ad sobrietatem ut male in Latinis codicibus legitur), sed sapere, inquit, ad pudicitiam. Siquidem Graece scriptum est, εις τὸ σωφρονεῖν»; *Rom.*, 12, 3.

6 *Am.*, 5, 2.

125 cognoverunt malum¹. Quidnam cognoverunt? Quid viderunt? Cognoverunt quidem malum
 suum, peccatum suum, mortem suam, propter impudicitiam suam. Et viderunt se esse
 nudos, et erubuerunt, et absconderunt se a facie Domini² et absconderunt membra in
 quibus peccaverunt per impudicitiam³; propter commissam libidinem erubuerunt, et
 pudendis contactis, puduit nuditatis, et revelatis oculis, cognoverunt fructum quem
 130 generunt malum, fructum corruptionis atque mortis, quos Paulus his verbis alloquitur:
 «Quem ergo fructum habuistis in illis, in quibus usque nunc erubescitis, nam finis illorum
 mors est⁴»; «pudet enim usque in hunc diem libidinis huius humanam sine ulla dubitatione
 naturam⁵», quae nec in uxoribus quidem sine pudore est, nec tam iustum licitumve est,
 quod ob fragilitatem carnis nostrae concessum est nobis cum uxore, quin «palam non
 pudeat id agere». Quod si aliquis iuxta Diogenis Cinici dogma id palam etiam, vel cum
 uxore ausus sit tentare, credo illum non tam «lapidantium telis, quam stercorum sordibus
 135 conspuentiumque salivis obrutum iri⁶». Ob hanc itaque carnis pudendam libidinem eiectus
 est homo de Paradiso Dei, mortique traditus est, quia «caro et sanguis» (ut ait Paulus)
 «regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem⁷». Praemia enim
 pudicitiae corruptio carnis possidere non potest. Corruptio autem coitus est et ad coitum
 pertinet, cuius praemium mors. Praemium autem castitatis vita aeterna, regnum Dei et
 140 habitatio Paradisi. <Cibus hominis in Paradiso, fructus terrae, cibus virgineus nullo coitu
 propagatus. Extra Paradisum lapsus per coitum, animalia coeuntia in cibum concessa sunt>.
 Scimus enim Adam et Evam, quamdiu virgineserant, Paradisum inhabitasse, eiectos autem
 de Paradiso quando nuptiae per carnem consumatae sunt, utque Paradisum virginitas dedit,
 sic terram nuptiae⁸. In Paradiso nuptiae virginitatis consumandae in verbo ac spiritu
 145 Dei. Extra vero Paradisum nuptiae carnis consumatae in coitu corruptibili, de quo omnes

123 quidem] quidam L 123 malum] *omittit* L 127 contactis] *conecctis* A
 128 generunt] Roma.6. *in margine* 128 verbis] *vebis* L 130 mors est] *invertit* C
 130 hunc] hanc L 130 dubitatione] *delevit* nat L 131 quidem] quidam L
 134 tam] *delevit* lapidan L 136 ait] *inquit* L 136 Paulus] 1.Cor.15. *in margine*
 137 enim] *eum* A 140-141 <Cibus... sunt>] *omittunt* L A 142 eiectos] *eieci* L
 143 consumatae] *consummatae* C 157 consumatae] *consummatae* C

1 *Gen.*, 3, 7.

2 *Gen.*, 3, 8

3 *Gen.*, 3, 7.

4 *Rom.*, 6, 21.

5 AUGUST., *Civit. Dei*, 14, 20: «Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla dubitatione naturam, et merito pudet. In eius quippe inoboedientia, quae genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit et potestati voluntatis eripuit, satis ostenditur, quid sit hominis illi primae inoboedientiae retributum».

6 AUGUST., *Civit. Dei*, 14, 20: «Hoc illi canini philosophi, hoc est Cynici, non viderunt, proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam, hoc est immundam impudentemque sententiam? Ut scilicet, quoniam iustum est quod fit in uxore, palam non pudeat id agere nec in vico aut platea qualibet coniugalem concubitum devitare. [...] Et nunc videmus adhuc esse philosophos Cynicos; hi enim sunt, qui non solum amiciuntur pallio, verum etiam clavam ferunt; nemo tamen eorum audet hoc facere, quod si aliqui ausi essent, ut non dicam ictibus lapidantium, certe conspuentium salivis obruerentur. Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla dubitatione naturam, et merito pudet. In eius quippe inoboedientia, quae genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit et potestati voluntatis eripuit, satis ostenditur, quid sit hominis illi primae inoboedientiae retributum; [...]».

7 1 *Cor.*, 15, 50.

8 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 16 (PL 23, p. 246): «Nuptiae terram replent, virginitas paradisum».

qui nati sunt corrumpuntur iuxta Scripturam: «Quodcumque seminaverit homo, et metet, qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, qui seminat in spiritu castitatis, metet vitam aeternam¹». «Homo autem cum in honore esset virginitatis, noluit intelligere» ut caste viveret, sed per carnis libidinem «factus est similis iumentis non habentibus rationem», et per mortem «comparatus est illis²». Dixit Deus hominibus: «Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus³». Ipsi autem, iuxta verbum prophetae: «Equi insanientes in foeminas facti sunt, unusquisque in uxorem proximi sui hinniebat⁴»: de quibus loquitur *Epistola Canonica*: «Quia post carnem in desideriis pollutionis ambulant⁵», vel «quasi irrationabilia iumenta in ventrem et libidinem proni sunt, ideo in corruptione sua corrumpuntur⁶». Homo itaque dum brutorum more ex voluptate carnis generare coeperat, divinae intuitivaeque intelligentiae spiritale semen amisit, dicente Deo: «Non permanebit spiritus meus cum homine, quia caro est⁷» aperteque sunt oculi eius in tenebris sensuum, ex quibus ratio omnem suam capit cognitionis materiam, et caligarunt in lumine puri intellectus, sicut accidere solet coeuntibus in tenebris. Emissa carnali semine, omnia suspiciunt quae prius occulebantur; reversi autem ad clarum lumen, acies eorum praestringitur. Quod ergo ex carne natum est, caro erat corruptibilis et mortalis, nihil intellectus participans a generante, sed solam carnalem sensibilitatem. Sola namque sensibilis carnalisque anima est a generante, in quam ita per carnem infectam, creatus adeo intellectus simul madens suffocatur⁸. Hinc omnes qui ex carne geniti sunt, et generant per carnis et sensus propaginem, originalem culpam corruptionemque contrahere necesse est. Quod et Hermes in *Pimandro* longa satis oratione ostendit, hominem videlicet a divina contemplatione lapsum, in naturam generationis animantium mundi mortalium ac ratione carentium, unde et ipse formam rationem carentem progenuit «mortis mala sensu percipiens⁹». Sed haec quae iam dicta sunt, fortasse nimis violenter contortis Scripturis, ad hanc opinionem nostram corroborandam exposuisse videbimur, nisi alia adhuc testimonia adferamus, quibus perspicacius videre liceat commixtionem carnis displicuisse Deo. Hoc nunc primum ex maledictione partus ostenditur, ut quem mater in voluptate carnis

147 seminat] Galat.6. *in margine* 148 autem] Psal.48. *in margine* 150 fieri] Psal.31. *in margine* 151 equus] ecus L 151 Ipsi] Hier.5. *in margine* 153 Quia] 2.Pet.2. *in margine* 154 vel] et L 156 semen] Gen.6. *in margine* 160 prius] *correxit* potius L 162 Sola] *delevit* na L 163 adeo] a deo C 164 Hinc] unde L 166 Quod] Pim.cap.1 171 adferamus] adferemus L 171 perspicacius] perspicatius L A 186 ex] Gen.3. *in margine*

1 *Gal.*, 6, 7-8.

2 *Ps.*, 48, 21.

3 *Ps.*, 31, 9.

4 *Ier.*, 5, 8.

5 2 *Ptr.*, 2, 10.

6 2 *Ptr.*, 2, 12; cfr. *HIERON., Adv. Jovin.*, 1, 39 (PL 23, p. 279).

7 *Gen.*, 6, 3.

8 *Pim.*, 12, f. 29r (*NF* 1, p. 175): «Anima siquidem infusa corpori a voluptate atque dolore continuo depravatur, ex corporis enim commixtione voluptas et dolor, seu rivuli quidam scaturiunt, in quos madens anima suffocatur».

9 *Pim.*, 1, f. 6v (*NF* 1, p. 13): «Qui uero corpus amoris errore complectebatur, is oberrabat in tenebris mortis mala sensu percipiens»; cfr. *Pim.*, 1, f. 5r (*NF* 1, pp. 10-11): «Homo autem, cum considerasset in tempore suo rerum omnium procreationem, ipse quoque fabricare voluit, unde a contemplatione patris ad speram generationis delapsus est».

conceperit, in dolore pariat, ac si dicatur: «Ecce concepit iniustitiam, parturiit dolorem, peperit iniquitatem, lacum aperuit et effodit eum et incidit in foveam quam fecit, convertatur dolor eius in caput ipsius, et in verticem eius iniquitas ipsius descendat¹»; accedit ad haec naturae quaedam indignatio, cum nec opprimitur virgo, nec parit mulier sine sanguine.

Sed videamus quid secutum est. Duos filios genuit Adam. Primum Cain, qui per transgressionem conceptus est filius peccati, filius sanguinis invidus, homicida, desperans de misericordia Dei, neque enim nasci poterat bonus qui cum tanto malo conceptus erat. Alter vero filius natus est Abel, conceptus post poenitentiam transgressionis, filius misericordiae et iustus. Hic virgo occiditur, prima hostia accepta a Deo in expiationem carnis, qui «sordes nuptiarum carnis abluit cruore martyrii²». Sequitur hunc tertius filius Seth, cuius nomen resurrectionem sonat³. Ex eo enim nasciturus erat Iesus Christus per quem a tanto lapsu aliquando resurrecturi eramus⁴. Circa quod notandum est, quod cum Seth multos genuisse filios et filias legatur⁵, Scripturam nullam foeminam genitam nominatim exprimere. In generationibus autem Cain filii irae, novissime foemina Noema genita nominatur⁶. Per quod eleganter significatur generationem Cain (quae per carnalem marium ac foeminarum copulam describitur) generationem esse peccati ad mortem, de qua nascuntur peccatores diluvio perituri. Generatio autem Seth, generatio est castitatis et resurrectionis ad vitam, qui genuit Enos, quod interpretatur homo verus⁷. Tunc enim «coepit invocari nomen Domini⁸», et haec generatio salvatur a diluvio aquarum et a morte peccatorum. Generatio itaque Cain ab Adam in undenario personarum numero finitur sub

173 Ecce] Psalm.7. *in margine* 174 effodit] offodit L 175 convertatur] convertetur L
175 dolor eius] *addidit* dolor eius *in margine atque inter* convertetur *et in* L
176 Accedit] *adcedit* A 176 indignatio] *addidit* cum nec oprimitur virgo *in margine atque inter*
indignatio et cum deletum L 176 cum] *delevit* cum L 178 secutum] Gen.4. *in margine*
182 a Deo] deo C 184 Seth] Gen.4.et.5. *in margine* 186 multos] Gen.5. *in margine*
186 legatur] legitur L 288 genita] Gen.4. *in margine* 219 generatio] gnatio L

1 *Ps.*, 7, 15-17.

2 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 26, (PL 23, p. 257): «Ex quo ostenditur virginitatem non mori, nec sordes nuptiarum abluere cruore martyrii, sed manere cum Christo, et dormitionem ejus transitum esse, non mortem».

3 AUGUST., *Civit. Dei*, 15, 17: «Ex duobus namque illis hominibus, Abel, quod interpretatur luctus, et eius fratre Seth, quod interpretatur resurrectio, mors Christi et vita eius ex mortuis figuratur»; cfr. HIERON., *Nom. Hebr.*, 9.

4 Cfr. AGRIPPA, *DH*, f. 56r: «Hinc Dominus Deus pater, statutis oportunistique temporibus, misit nobis unigenitum filium suum, Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum hominem, [...]. Ipse namque reparavit lapsum retulitque vitam perpetuam recreationisque per regenerationis misterium».

5 *Gen.*, 5, 7.

6 *Gen.*, 4, 22.

7 AUGUST., *Civit. Dei*, 15, 17: «Porro ille Seth interpretatur resurrectio et Enos filius eius interpretatur homo»; cfr. HIERON., *Nom. Hebr.*, 9.

8 *Gen.*, 4, 26.

195 diluvio, qui numerus peccati est et transgressionis¹. Nam denarius numerus est legis et
iustitiae², in quo natus est Noha iustus decimus ab Adam per Seth³. A denario itaque
undenarius recedens transgressionem legis et praeceptorum significat⁴, in quo numero perit
generatio Cain. Hinc notandum quod sicut per mulierem incepit transgressio diluviumque
peccatorum, ita et in muliere consumatum est diluvium aquarum, videlicet in Noema
ultima filia Lamech digami, quod nomen Noema voluptatem sonat⁵. Hinc non absurde
200 coniectare possumus in voluptate carnis fuisse transgressionem ortumque diluvium
peccatorum. Accedit ad id, quia successio Cain ab Adam in octava generatione diluitur, qui
numerus ita transgreditur septenarium, sicut denarium undenarius. Numerum autem
septenarium, numerum virginitatis sacri doctores appellant, quia primus est, qui neque
generatur, neque generat, non enim potest in duas partes equales dividi, ita ut gignatur ex
205 aliquo numero repetito, nec ullum etiam ex se numerum parit duplicatus, qui intra denarii
limites claudatur, quem primum limitem constat esse numerorum⁶. Facile itaque hinc
cernimus virginitatis transgressum, per carnis voluptatem, peccatum fuisse primi parentis.
Quod per diluvium iam primo quidem punitum est, sed aboleri non potuit. Nam qui in
diluvio salvi facti sunt, Noha et filii eius, ipsi quidam per carnem geniti sunt et genuerunt.
210 Attamen Noha et filii eius, quamdiu incolunt arcam salutis (quae Paradisi terrestris figuram

195 natus] virtus autem peccati lex *in margine* L 197 incepit] inceperit A
198 consumatum] consummatum C 201 Accedit] accidit L; Adcedit A 201 id] idem L
208 quidem] quidam L 208 qui] *delevit* qui L 228 quidem] quidam L
229 terrestris] *correxit* celestis L

1 AUGUST., *Civitat. Dei*, 15, 20: «...donec undenarius numerus impleteretur, quo significatur peccatum»; cfr. CLICHT., *Myst num.*, 9, f. 15r: «Ad ulteriora vero numerorum genera progredientibus occurrit suo loco nunc undenarius elucidandus, qui nunquam peccati corruptelam atque statum et prolapsionem in malum designat, discensionemque ab integritate decalogi. [...]».

2 Cfr. CLICHT., *Myst. Num.*, 2, f. 5r: «Si enim denarius numerus sacratus habetur, quem decalogum significat decemque praecepta, digito Dei in tabulis mosaicis scripta, [...]»; *Ivi*, 8, ff. 9v-10r.

3 AUGUST., *Civitat. Dei*, 15, 20: «Per Seth autem ab Adam usque ad Noe denarius insinuatur legitimus numerus»; *Gen*, 5, 29.

4 AUGUST., *Civitat. Dei*, 15, 20: «Quoniam ergo lex denario numero praedicatur, unde est memorabilis ille decalogus, profecto numerus undenarius, quoniam transgreditur denarium, transgressionem legis ac per hoc peccatum significat»; cfr. CLICHT., *Myst. Num.*, 9, f. 15r: «Undenarius qui denarium transit nec ad duodenarium pervenit, id est apostolicum numerum, transgressionem significato decalogi».

5 AUGUST., *Civitat. Dei*, 15, 20: «Progenies ergo ex Adam per Cain sceleratum undenario numero finitur, quo peccatum significatur; et ipse numerus femina clauditur, a quo sexu initium factum est peccati, per quod omnes morimur. Commissum est autem, ut et voluptas carnis, quae spiritui resisteret, sequeretur. Nam et ipsa filia Lamech Noema voluptas interpretatur»; cfr. HIERON., *Nom. Hebr.*, 14; *Gen.*, 4, 22.

6 Cfr. AGRIPPA, *DOP* (1510), 24 [DOP, 2, 10, p. 275]: «Septenarium praeterea Pythagorici numerum virginitatis appellant, quia primus est qui neque generatur neque generat: non enim potest in duas partes equales dividi ita ut gignatur ex aliquo numero repetito, nec ullum etiam ex se numerum parit duplicatus, qui intra denarii limites coartetur, quem primum limitem constat esse numerorum; et iccirco septenarium Palladi sacrum facere»; MACR., *Somn. Scip.*, 1, 11, p. 273.

Ecclesiaeque typum praefert) ab uxoribus innotescit nobis in Paradiso vetitum fuisse primis parentibus carnaliter commiseri, quod et Paulus, christianae religionis praeco, in coelestia proclamat: «Bonum est», inquit, «mulierem non tangere¹», non dicit «non habere», sed «non tangere», quia in tactu periculum est²; non in tactu manuum, sed
 215 serpentis, «cuius virtus in lumbis est et potestas in umbilico³». De nubentibus autem, propter tribulationem carnis, dicit indulgendo: «Si nupserit virgo non peccat⁴», non dicit: «quia bene facit», sed indulget: «quod non peccet»; aliud autem est non peccare, aliud bene facere, de quo alibi dicit: «Qui servat virginem suam, bene facit⁵». Et si dixerit quis: «Qui iungit matrimonio virginem suam bene facit», respondet Apostolus: «Qui non iunxerit
 220 melius facit⁶». Nuptis tandem dicit: «Superest ut qui habent uxores, sic sint, quasi non habeant⁷». Et alibi exponens illud: «Erunt duo in carnem unam», subiungit, «sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et Ecclesia⁸». Nam in carne, quomodo magnum erit sacramentum, quod immundum est? Ad munditiam enim corporis Christi, cuius nos membra effecti sumus, in quo nos renati sumus. Non ex coitu corruptibili, sed
 225 per verbum viventis Dei et permanentis, qui (ut inquit Iacobus in *Epistola*) «volens genuit nos verbo veritatis⁹». Ad huius itaque sacramenti, ad huius inquam concubitus, ad huius generationis munditiam, omnis coitus immundus est. Ideo dicit Apostolus: «Viri, diligite uxores vestras, sicut Christus Ecclesiam¹⁰», scilicet in sanctificatione et castitate. De quo legitur alibi: «Sciat unusquisque vas suum possidere, in sanctificatione et honore, non in
 230 immunditia et passione carnis desiderii, sicut gentes, quae ignorant Deum¹¹». De his vero quae, praevaricantes castitatem, liberos genuerunt ait Paulus: «Mulier seducta in praevaricatione facta est, salva autem fiet per filiorum generationem, si permanserit in fide

211 Ecclesiaeque] Ecclesie L	212 commiseri] 1.Corin.7. <i>in margine</i>
215 umbilico] Iob.40. <i>in margine</i>	216 carnis] 1.Corin.7. <i>in margine</i>
219 respondet] 1.Corin.7. <i>in margine</i>	221 sacramentum] Ephe.5. <i>in margine</i>
223 corporis] 1.Pet.1. <i>in margine; delevit</i> crist L	224 renati] Iacob.1. <i>in margine</i>
227 munditiam] immunditiam L	228 uxores] Ephe.5. <i>in margine</i>
229 unusquisque] 1.Tessal.4. <i>in margine</i>	230 gentes] 1.Thim.2. <i>in margine</i>
232 permanserit] permanseruit L	

1 1 Cor., 7, 1.

2 AUGUST., *Serm.*, 41 [*Sermo CCXCI, De castitate et munditia*], 3 (PL 39, p. 2296): «Similiter et beatus Apostolus admonet nos, Bonum est, inquit, mulierem non tangere (I Cor. VII, 1): quasi statim in tactu periculum esset».

3 Iob., 40, 11: «Fortitudo ejus in lumbis ejus, / et virtus illius in umbilico ventris ejus».

4 1 Cor., 7, 28.

5 1 Cor., 7, 37.

6 1 Cor. 7, 38.

7 1 Cor., 7, 29.

8 Eph., 5, 31-32.

9 Iac., 1, 18.

10 Eph., 5, 25.

11 1 Th., 4, 4-5.

et charitate et sanctificatione cum castitate¹» (sic vera habet traductio²). Tunc enim salvabitur, quando eos genuerit, qui virgines permansuri sunt. Et si quod ipsa perdidit acquirat in liberis, tunc sint bonae nuptiae, quando de illis propagatur virginitas³.

235 Sed redeamus ad superiora. Successit post diluvium circumcisionis signaculum ad Abraham Deo dilectum⁴, poena simul ac medicina peccati originalis, quae facta est in praepitio, in eo quidam membro, in quo primus parens peccaverat, ut videlicet peccatum originis et naturae in ipso quoque naturae et originis membro obtruncaretur, 240 imprimereturque in ipso libidinis membro transgressae continentiae castitatisque memoria. Verum quia peccatum hoc a patre masculino, non a matre foemina contrahitur, eo quod mulieres nascituae proli nulla vitae formam addere, sed corporis materiam duntaxat ministrare arbitrantur. Ideoque mulieres incircumcisae manserunt, sed datum est illis praeceptum purificationis post partum⁵. Antequam circumcideretur, Abraham genuit 245 Ismaelem ex ancilla secundum carnis voluptatem⁶. Post circumcisionem vero, vetulus ac frigidus supra carnis affectus ac naturae vires, ex Sara sterili ac decrepita foemina genuit Isaac, filium promissionis, in quo iubente Domino, vocatum est illi semen, eiectione filio ancillae, filio carnis⁷. Iste Isaac tandem ex sterili uxore genuit Iacob⁸, ex cuius foemore duodecim tribus populi promissionis prodierunt. Tandem Iacob, postquam luctantem 250 secum Dominum vicerat, foemur eius emarcuit et generare cessavit, et tunc vocatus est Israel, hoc est videns Deum, iuxta verbum eius dicentis: «Vidi Dominum facie ad faciem⁹». Nam per coitum aperiuntur oculi ut videamus mortem. Per continentiam autem meremur videre regnum Dei. Longum esset omnia recensere quae exemplo esse possent et quomodo Isaac, Iacob, Samuel, Sampson, Ioannes Baptista, Maria mater Christi et plures alii, per 255 quos nobis salutis amissae restitutio promissa est, omnes ex senibus et sterilibus parentibus

236 redeamus] videamus L 236 superiora] Gen.17. *in margine* 236 post] per L
 238 peccaverat] *delevit* cui addit L 242 nascituae] nascituro L A 243 datum] Levit.12. *in margine*
margine 244 Antequam] Gen.16. *in margine* 245 circumcisionem] Gen.21. *in margine*
 246 genuit] Rom.9. *in margine* 247 Isaac] Gen.25. *in margine* 247 iubente] *delevit* deo L
 250 cessavit] Gen.31. *in margine* 253 esset] *delevit* in L 253 exemplo] 1.Reg.1. *in margine*
 254 Sampson] Iud.13. *in margine* 254 plures] Lucae.1. *in margine*
 255 promissa] Math.in hist.Annae. *in margine*

1 1 *Tim.*, 2, 14-15.

2 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 27 (PL 23, p. 260): «...quodque errorem veterem illa quae semel connubio copulata est, et redacta in conditionem Evae, filiorum procreatione deleret. Ita tamen, si ipsos filios erudiret in fide et dilectione Christi, et in sanctificatione et pudicitia: non enim (ut male habetur in Latinis codicibus) sobrietas est legenda, sed castitas, id est, σωφροσύνη».

3 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 27 (PL 23, p. 260): «Tunc ergo salvabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permansuri sunt: si quod ipsa perdidit, acquirat in liberis, et damnum radicis et cariem, flore compenset et pomis».

4 *Gen.*, 17, 9-14.

5 *Lev.*, 12, 4-5.

6 *Gen.*, 16, 15.

7 *Rom.*, 9, 7; *Gen.*, 21, 1-13.

8 *Gen.*, 25, 21-25.

9 *Gen.*, 32, 23-30.

supra naturae vires carnisque concupiscentias geniti sunt, ut liquido pateat carnis libidinem odio fuisse Deo, etiam in uxoribus. Hinc Hieremiae (qui in utero sanctificatus est) dicitur a Domino: «Tu ne accipias uxorem¹». Sanctificatus in utero sic Ezechiel, donec uxori iungebatur, non habebat prophetiae libertatem; mortua autem uxore, continuo prophetatus est. Praedixerat enim ei Dominus, quod in die illa aperiretur os eius et loqueretur et non taceret amplius². Et Moyses, cum vidisset visionem illam magnam et Dominum loquentem in rubo, nequaquam valuit accedere, donec solvisset corrigiam calceamenti³, per quam significatur in Sacris Literis vinculum nuptiarum⁴. Idem Iesu filio Navae praecipitur in Galgala⁵ atque hic est ille Iesus Salvator typus Iesu Christi, qui secundum Apostolum Iudam salvavit et eduxit populum Israel de Aegypto et introduxit in terram promissionis⁶, quam Moyses nuptus intrare non poterat. Sed mortuus est in terra Moab, sepultus in valle, contra templum Phogor⁷, hoc est Priapi, quod et ignominia interpretatur⁸. Nuptiae enim carnis post mortem finiuntur in ignominiam. Virginitas post mortem incipit coronari. Hinc Iesus Navae virgo moritur in terra promissionis centum et decem annorum, sepelitur in Thamnat Sareth⁹, hoc est perfectissimo principatu¹⁰. Sed modo revertamur. «Populus Israel accessurus ad montem Sinai, et Dei auditurus eloquium, tribus diebus sanctificari iussus est, et se ab uxoribus abstinere¹¹». Hic est ille mons de quo alibi dicitur: «In monte salvum

258 sic] Hierem.16. *in margine* 260 est] Ezech.24. *in margine*
261 vidisset] Exod.3. *in margine* 264 est] Iosu.5. *in margine* 264 Iesus] *omittit L*
265 Iudam] Iudas in epist. canonica. *in margine* 269 in terram] *interram C*
266 intrare] Deut.34. *in margine* 268 mortem] Iosu.24. *in margine*
294 in] Exod.19. *in margine* 270 Thamnat] Thaman L 271 sanctificari] Gen.19. *in margine*
272 mons] 1 Corin.1. *in margine*

1 *Ier.*, 16, 2.

2 *Ez.*, 24, 15-27.

3 *Ex.*, 3, 2-5.

4 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 20, (PL 23, p. 249) «Iste nempe Moyses est, qui cum vidisset visionem magnam, et angelum, sive Dominum loquentem in rubo nequaquam valuit ad eum accedere, nisi solvisset corrigiam calceamenti sui, et abjecisset vincula nuptiarum».

5 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 21 (PL 23, p. 250): «Similiterque ut Moysi praeceptum fuerat, et huic [*scil.* Josue] praecipitur: “solve calceamentum tuum. Locus enim in quo stas, terra sancta est” (*Exod.* III, 5)»; cfr. *Ios.*, 5, 15-16.

6 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 21 (PL 23, p. 250): «Trascendam ad Jesum filium Nave, qui ante dictus est *Ause*, sive ut rectius habetur in Hebraeo *Osee*, id est, *salvator*. Ipse enim, secundum Epistolam Judae, salvavit, et eduxit populum Israel ex Aegypto, et in terram repromissionis induxit»; cfr. *Iud.*, 5.

7 *Dt.*, 34, 5-6.

8 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 22 (PL 23, p. 252): «Ille [*scil.* Moyses] sepelitur in valle contra domum *Phogor*, quod interpretatur *ignominia* (proprie quippe *Phogor* lingua hebraea *Priapus* appellatur)».

9 *Ios.*, 24, 29-30.

10 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 22 (PL 23, p. 251): «...sepeliturque in “Thamnath sare”, id est, in “perfectissimo principatu”, sive in numero operimenti novi»; cfr. *Ios.*, 24, 29-30.

11 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 22 (PL. 23, p. 249): «Nec mirum hoc de amico et propheta et legifero Dei, cum omnis populus accessurus ad montem Sina, et auditurus eloquium, tribus diebus sanctificari iussus sit, et se ab uxoribus abstinere»; cfr. *Ex.*, 19, 3-15.

esse fac¹», mons virginitatis ad quem qui non potest ascendere, permittitur illi ut maneat in Segor², hoc est in legitimo matrimonio; quia melius est nubere incontinenti, quam per
 275 abrupta fornicationum precipitari³. Insuper «in Lege ipsa, qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed purificabantur ad tempus, ab uxoribus separati, et vinum, et siceram (quae solent libidinem provocare) non bibebant⁴». Etiam «ad David fugientem ab Achimelech sacerdote dictum est: “Si mundi sunt pueri ab uxoribus”⁵, at ille respondit: “Ab heri et nudius tertius”, panes enim propositionis, de
 280 uxorum cubilibus consurgentes edere non licebat⁶». Et in Lege, qui uxorem duxerat et propaginem filiorum velut vineam plantaverat, prohibetur ad bellum procedere⁷, quia non potest Domino libere militare servus uxoris⁸. Et iuxta Pauli sententiam, non potest semper et sine intermissione et continuo orare, qui coniugi debitum reddere cogitur, nisi ad tempus ex consensu⁹. Rursus qui in Lege Pascha facturus erat, non nisi accinctis mortificatisque
 285 lumbis facere praecipitur¹⁰. Et in Evangelio iubentur Apostoli accinctis lumbis, Evangelii tenere lucernas¹¹. «Assumpti enim in Apostolos, reliquerunt officium coniugale, iuxta verbum Salvatoris: “Qui dimiserit domum, parentes, fratres, uxorem, filios, proter regnum

273 permittitur] Levit.10. *in margine* 277 siceram] ciceram L
 277 libidinem] ad libidinem L 277 Etiam] 1.Reg.21. *in margine* 280 Lege] Deut.20. *in margine*
 281 bellum] delevit proxedere L 283 orare] 1.Tessal.5. *in margine* 283 tempus] 1.Corin.7. *in margine*
 283 nisi] Exod.12. *in margine* 284 in] Lucae.12. *in margine*
 287 dimiserit] Matth.19. *in margine*

1 Gen., 19, 17.

2 Gen., 19, 22.

3 Rom., 7, 9

4 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 22 (PL 23, p. 269): «Nam et in veteri lege qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis erant, sed purificabantur ad tempus ab uxoribus separati, et vinum et siceram non bibebant, quae solent libidinem, provocare».

5 1 Reg., 21, 4.

6 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 22 (PL. 23, p. 249): «Quod quidem scimus [...] etiam ad David fugientem ab Achimelech sacerdote dictum: *si mundi sunt pueri ab uxoribus* (1 Reg. XXI, 3). Et ille respondit: *Ab heri et nudius tertius* (*Ibid.*, 4). Panes enim propositionis, quasi corpus Christi, de uxorum cubilibus consurgentes edere non peterant. Et nobis in transitu est contemplandum quod dixit: *Si mundi sunt pueri ab uxoribus?* Videlicet quod ad munditias corporis Christi, omnis coitus immunda sit». cfr. 1 Reg., 21, 5-6.

7 Dt., 20, 6-7.

8 Cfr. 1 Th., 4, 3-5.

9 1 Cor., 7, 5: cfr. HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 7 (PL 23, p. 230): «Sed quia qui semel duxit uxorem, nisi ex consensu, se non valet abstinere, nec dare repudium peccanti, reddat coniugi debitum: sponte quippe se alligavit, ut reddere cogeretur. [...] Quamdiu impleo mariti officium, non impleo continentis. Jubet idem apostolus in alio loco (I Thess. v), ut semper oremus. Si semper orandum est, numquam ergo conjugio serviendum, quoniam quotiescumque uxori debitum reddo, orare non posum».

10 Ex., 12, 43-49.

11 Lc., 12, 35.

Dei, multo plura in saeculo isto recipiet, et in saeculo futuro vitam aeternam”¹». Et ideo
Christus extollit praeferendo nuptis eunuchos qui se castificaverunt propter regnum Dei².
290 De quibus alibi legitur in Scriptura: «Dabo eunuchis meis in domo mea, et in muro meo
locum nominatum, meliorem e filiis et filiabus Israel, nomen aeternum dabo illis quod non
deficiet,³», sicut factum legimus in Iesu filio Navae, virgine innupto, cui pulcherrima et
optima portio in partitione terrae promissionis obtigit⁴. Qui sunt isti eunuchi? Nisi de
295 quibus inquit Ioannes Theologus in Apocalypsi: «Qui cum mulieribus se non
coinquinaverunt, qui sequuntur agnum quocumque vadit», et subinfert: «Virgines enim
permanserunt⁵». Virgo erat Ioannes Evangelista, et virgo permansit. Et ideo plus amatur a
Domino et recumbit supra pectus eius, de quo haud frustra, Petro ait Iesus: «“Si
volvo eum manere, quid ad te?” Et exivit sermo inter fratres, illum discipulum non
moriturum⁶»; de quo etiam alibi dixit: «Sunt quidam de hic astantibus, qui non gustabunt
300 mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo⁷». Non enim moritur virgo,
sed manet in Christo, et dormitio eius non mors, sed transitus est. In virginitate namque
primi parentes immortales erant. Per praevaricationem autem virginitatis, utriusque naturae
mortem sibi posterisque pepererunt. In virginitate fruebantur cognitione ipius boni, amissa
virginitate, caligante intellectu apertisque oculis carnis, cognoverunt malum, privati ipsius
305 boni lumine quo intima visione Dei fruebantur virgines. Hinc cum Apostoli post
resurrectionem Christi piscarentur in lacu Genazareth, stante Iesu in littore, nesciebant
Apostoli quem viderent. Solus autem virgo Ioannes recognovit Deum, et dixit Petro:
«Dominus est⁸».

Iam ex his Scripturarum mysteriis satis persuasum esse potest, copulam carnis fuisse
310 originale peccatum, et multi ob iam dicta facile in hanc opinionem mecum consentient, nisi

289 praeferendo] Matth.19. *in margine* 290 meis] Esaiae.56. *in margine* 291 non]
Iosu.19. *in margine* 293 optima] obtima L 294 cum] Apoc.14. *in margine*
295 coinquinaverunt] coinquinarunt C 296 permanserunt] Ioan.23. *in margine* 296 et ideo]
Ioan.21. *in margine; delevit* 12 *in margine* L 299 hic] Matth.16. *in margine* 304 carnis]
omittit L 305 visione Dei] *invertit* L 305 fruebantur] fruebatur L 305 virgines] Ioan.21. *in*
margine 308 iam] iam *reiteratum* L 310 opinionem] *addidit* meam L

1 HIERON., *Adv. Jovin.*, 1, 26 (PL 23, p. 256): «Qui [scil. Apostoli] assumpti postea in apostolatum, reliquunt officium conjugale. Nam cum Petrus ex persona apostolorum dicit ad Dominum: “Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te” (Matth. XIX, 27), respondit ei Dominus, “Amen dico vobis, quoniam nemo est qui dimiserit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, qui non recipiat multo plura in saeculo isto, et in saeculo futuro vitam aeternam” (Ibid. 28)»; cfr. *Mt.*, 19, 29.

2 *Mt.*, 19, 12.

3 *Is.*, 56 4-5.

4 *Ios.*, 19, 49.

5 *Apoc.*, 14, 4.

6 *Io.*, 21, 20-24.

7 *Mt.*, 16, 28.

8 *Io.*, 21, 3-7.

unus scrupulus illis obsistat. Dicent enim si carnis commixtio vetita erat, quomodo primi
 parentes impleturi erant benedictionem illam, «crescite et multiplicamini¹»? Quomodo
 nascituri erant homines, ut implerentur sedes angelorum, qui laspi sunt cum Lucifero?
 Ardua profecto, et scrupolosa obiectio, cuius quidem eo difficilior est solutio, quo altius
 315 hic indagatur mysterium. Mysterium, inquam, absconditum a saeculis et generationibus,
 manifestatum autem solum sanctis, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriae
 sacramenti huius. Hoc est illud mysterium de quo ait Christus: «Habeo adhuc multa vobis
 dicere, sed non potestis ea portare modo²», et alibi de eodem ait non omnes capere verbum
 hoc³. Istud est mysterium illud quod secreto pandit Apostolis, dum vulgo proponuntur
 320 parabolae, quod Paulus segregatim praedicat perfectis⁴, dum vulgo non solidam escam sed
 lac potum dat, necdum enim possunt capere quamdiu carnales sunt⁵; quia qui animalis est
 non percipit ea quae spiritus Dei sunt. Stultitia enim illi est nec potest intelligere⁶. «Elegit
 autem nos in Christo Deus pater ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et
 immaculati coram eo⁷». «Ambulavimus autem in concupiscentiis carnis, facientes
 325 voluntatem eius et cogitationem eius, et facti sumus filii irae⁸». Atque haec nos monent ut
 credamus cum Damasceno multisque Graecorum Theologis, coniuges in statu innocentiae
 constitutos in Paradiso, non per hanc carnis pudendam concupiscentiam impleturos fuisse
 benedictionem Dei⁹. Non enim in carne proles illis seminanda erat ad corruptionem, sed in
 spiritu ac verbo Dei, ad vitam aeternam, de quo spiritali semine Esaias loquitur: «Nisi
 330 Dominus Zevaos reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus et similes Gomorrae

312 parentes] Gen.1. *in margine* 314 quo] Coloss.1. *in margine* 315 saeculis] ceculis L
 316 autem] *delevit* sanctis L 317Christus] Ioan.16. *in margine* 318 verbum] Matth.19. *in*
margine 319 pandit] panditur L 319 Apostolis] Luc.8. *in margine* 320 escam] 1.Cor.2. *in*
margine 21 carnales] 1.Cor.3. *in margine* 322 Dei] 1.Cor.2. *in margine* 322 Elegit] Ephe.1.
in margine 323 constitutionem] Ephe.2. *in margine* 326 multisque Graecorum Theologis]
omittit L 326 Graecorum] Io.Dama.supergen. *in margine* 327 constitutos] constitutas L
 327 non] nam L 329 Loquitur] Esaias.1. *in margine* 330 Zevaos] Zeciaes L

1 Gen., 1, 22.

2 Io., 16, 12.

3 Mt., 19, 11.

4 1 Cor., 2, 6.

5 1 Cor., 3, 1-2.

6 1 Cor., 2, 14.

7 Eph., 1, 4.

8 Eph., 2, 3.

9 DAMASC., *Fid. orth.*, 4, 25 (*De virginitate*), f. 109r: «At dicent forte: quid igitur hoc vult *masculus et femina*? Quid hoc, *crescite et multiplicamini*? Ad quod dicemus: quod hoc, *crescite et multiplicamini* non omnino multiplicationem per nuptialem consocietatem significat. Poterat enim Deus hoc genus et alio multiplicare modo, si mandatum usque in finem servassent intemeratum».

fuissemus¹». Quomodo autem haec spiritalis generatio² perficienda fuisset in *Dialogo* nostro *de homine* exponere conati sumus, quem sermonem hic geminare superfluum esset.

335 Sed satis est nobis ad praesens propositum admonuisse quod in dialogo *De homine* exposuimus, alio semine homines nascituros fuisse in statu innocentiae, quam quod per carnis corruptionem deflueret, dummodo praesenti sermone quod fuerat quaesitum peccatum originale recte invenire potuimus. Quod si minus recte assecutus sum, fateor me opinionem scripsisse, non fidem, non scientiam, opinionem autem talem cui nec ego aliter assentior nec aliter quemquam assentiri volo, nisi quatenus a sancta christiana Ecclesia non fuerit reprobata.

333 est nobis] *invertit* L
339 reprobata] reprobatum L

333 *Dialogo*] *Dialo. Agrippae in margine*

1 *Is.*, 1, 9.

2 Cfr. LAZAR, *Crat. Herm.*, f. 77v: «Laz. [...] Ego autem de univoca et (ut ita dicam) syngenea mentis generatione hic dissero, ut idem cum genitore sit genitum. Simile enim partu univoco, a suo simili semper producitur. [...] Considera iam, o rex, si tante corpus virtutis est ut sibi simile corpus producat, quid obsistere poterit ne mens mentem generet, que corpore est exceltior? *Rex.* Mentem geniti a genitoris mente produci forte astruis, o Lazarele. *Laz.* Non ea in re nostra nunc versatur oratio, sed in ea mentis generatione quam cum Hermes Esculapio revelasset, in extasim excessuque mentis ille conversus, ob incredibilem rei magnitudinem vehementer confundi exclamavit, seque arbitrari eum felicissimum fore hominem qui tantum esset muneris assecutus»; *Ibidem* 72r [79r]: «Mentem propterea persimilem sibi / sermonemque homini iam genitor dedit / ut dijs consimiles parturiat deos, / Patris iussaue compleat. / Felix ille nimis qui sua noverit / sortis munera / perfecerit et libens. / Inter namque deos connumerandus est, / nec dijs est superis minor».

BIBLIOGRAFIA

1. Opere di Agrippa

1.1. Opere raccolte.

[Opera omnia, vol. 1]

Henrici Cornelii Agrippae ab Nettesheym, Armatae Militae Equitis Aurati, et iurs utriusque ac Medicinae Doctoris, Opera in duos tomos concinne digesta, & nunc denuo, sublatis omnibus mendis in φιλομύσων gratiam accuratissime recusa. Quibus post omnium editiones ne novo accessit Ars Notoria, ut satis indicat Catalogus post praefationem positus. Lugduni Per Beringos Fratres.

- *Henrici Cornelii Agrippae ab Nettesheym, Armatae Militae Equitis Aurati, et iurs utriusque ac Medicinae Doctoris, Opera in duos tomos concinne digesta, & nunc denuo sublatis omnibus mendis, in φιλομύσων gratiam accuratissime recusa. Quibus post omnium editiones ne novo accessit Ars Notoria, ut satis indicat Catalogus post praefationem positus.* Lugduni Per Beringos Fratres, MDC.

[Opera omnia, vol. 2]

Henrici Cornelii Agrippae, armatae militiae, equitis aurati, utriusque Iuris Doctoris, & sacrae Caesareae Maiestatis à consilijs & archiuis indiciarij, Operum Pars Posterior: Quorum Catalogum exhibebunt tibi paginae sequentes. Una cum rerum et verborum hoc tomo memorabilium Indice & locuplete et certo. Lugdini, Per Beringos fratres.

- *Henrici Cornelii Agrippae ab Nettesheym, Armatae Militae Equitis Aurati, et iuris utriusque ac Medicinae Doctoris, Operum Pars Posterior. Quorum Catalogum exhibebunt tibi paginae sequentes. Una cum rerum et verborum hoc tomo memorabilium Indice &*

locuplete & certo. Huic accesserunt Epistolarum ad familiares libri septem, & orationes decem ante hoc seorsim editae. Lugduni. Per Beringos Fratres.

[Opera omnia, vol. 3]

Appendix apologetica Henrici Cornelii Agrippae ab Nettesheym armatae militiae Equitis Aurati & V. I. ac Medicinae Doctoris, pertinens ad secundam eius operum Lugduni editorum partem. Elenchum pagina sequens Praefationem exhibebit. Lugduni, per Beringos Fratres, M.D.C.V.

[Orationes X]

Henrici Cornelii Agrippae Oratio in Praelectionem Convivij Platonis, in Henrici Cornelii Agrippae, armatae militiae equitis aurati, utriusque iuris doctoris, Sacrae Caesareae Maiestatis à consilijs & archiuis indicarij Orationes X. quorum catalogum uersa exhibebit pagella. Eiusdem de duplici coronatione Caroli V. Caesaris apud Bononiam, historiola. Eiusdem, ac aliorum doctorum virorum epigrammata. Ioannes Soter excudebat Coloniae, Anno à Christo nato. M. D. XXXV.

[Silloge, 1529]

Henrici Cornelii Agrippae De Nobilitate & Praecellencia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriaco(rum) et Burgundionum Principem. Expostulatio cum Ioanne Catilineti super expositione libri Ioannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad Margaretam Alenconiae Ducem. De triplici ratione cognoscendi Deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio Gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De Originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus pestilentiam ad eundem episco(pum), Antverpiae apud Michaellem Hillenium in Rapo, AN. M. D. XXIX.

[Silloge, 1532]

Henrici Cornelii Agrippae *De Nobilitate & Praecellentia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriacorum & Buorgundionum Principem. Expostulatio cum Iohanne Catilineti super expositione libri Iohannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad Margaretam Alenconiae ducem. De triplici ratione cognoscendi deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus pestilentiam ad eundem Episcopum. Sermones duo, de vita Monastica, & de inventione reliquiarum divi Anthonii eremitaе. AN. M. D. XXXII. Mense Maio. Finis Coloniae.*

1.2. *Opere singole.*

[Apologia adversus calumnias]

AAC = *Apologia adversus calumnias = Apologia aduersus calumnias propter Declamationem de Vanitate scientiarum, & excellentia verbi Dei, sibi per aliquos Louanienses Theologistas intentatas, in Henrici Cornelii Agrippae, ab Nettesheym, Equitis aurati, ac utriusque Iuris doctoris, Caesareae Maiestatis à consilij, & Archiuis Indiciarij, Apologia aduersus calumnias propter Declamationem de Vanitate scientiarum, & excellentia verbi Dei, sibi per aliquos Louanienses Theologistas intentatas. Querela super calimnia, ob eandem Declamationem, sibi per aliquot scleratissimos sycophantas, apud Caesaream Maiest. Nefarie ac proditorie illata. Anno. M. D. XXXIII, ff. A7r-Kv.*

[Defensio propositionum]

DP = *Defensio propositionum = Defensio propositionum praenarratarum contra quendam Dominicastrum earundem impugnatorem, qui sanctissimam deiparae virginis matrem Annam conatur ostendere polygamam, in Henrici Cornelii Agrippae de*

beatissimae Annae monogamia, ac unico puerperio propositiones abbreviatae & articulatae, iuxta disceptationem Iacobi Fabri Stapulensis in libro de tribus & una, intitulado. Eiusdem Agrippae defensio propositionum praenarratarum contra quendam Dominicastrum earundem impugnatores, qui sanctissimam deiparae virginis matrem Annam conatur ostendere polygamam. Quaedam epistolae super eadem materia atque super lite contra eiusdem ordinis haereticorum magistro habita. Anno M.D.XXXIII, ff. B4r-M8v.

[Dehortatio Gentilis Theologiae]

DGT = Dehortatio Gentilis Theologiae, in Henrici Cornelii Agrippae De Nobilitate & Praecellentia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriaco(rum) et Burgundionum Principem. Expostulatio cum Ioanne Catilineti super expositione libri Ioannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad Margaretam Alenconiae Duce[m]. De triplici ratione cognoscendi Deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio Gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De Originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus pestilentiam ad eundem episco(pum), Antverpiae apud Michaellem Hillenium in Rapo, AN. M. D. XXIX, ff. H6r-I2v.

[De incertitudine et vanitate scientiarum]

DV = De Vanitate = Splendidae nobilitatis viri et armatae militiae Equitis aurati ac vtriusque Iuris Doctoris Sacrae Caesareae Maiestatis a consilijs & archivis Inditarij Henrici Cornelij Agrippae ab Nettesheym De Incertitudine & Vanitate Scientiarum & Artium atque excellentia Verbi Dei Declamatio, Ioan. Grapheus excudebat anno a Christo nato M. D. XXX. mense Septemb. Antuerpiae.

- De incertitudine et vanitate scientiarum et artium, atque excellentia verbi Dei declamatio, Apud Florentissimam Antuerpiam, 1531.

[De nobilitate et praecellentia foeminei sexus]

NFS = De nobilitate et praecellentia foeminei sexus, in Henrici Cornelii Agrippae De Nobilitate & Praecellentia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriaco(rum) et Burgundionum Principem. Expostulatio cum Ioanne Catilineti super expositione libri Ioannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad Margaretam Alenconiae Ducem. De triplici ratione cognoscendi Deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio Gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De Originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus pestilentiam ad eundem episco(pum), Antverpiae apud Michaellem Hillenium in Rapo, AN. M. D. XXIX, ff. A4r-C8v.

- *De nobilitate et praecellentia foeminei sexus. Edition critique d'après le texte d'Anvers 1529*, éd. par R. Antonioli, Ch. Béné, M. Reulos, O. Sauvage, Droz, Genève 1990.

- *Déclamation on the Nobility and Preeminence of the Female Sex*, ed. A. Rabil, Jr., Chicago-London, 1996.

[De occulta philosophia]

DOP = De Occulta Philosophia = De occulta philosophia libri tres, ed. V. Perrone Compagni, Brill, Leiden 1992.

[De originali peccato]

OP = De originali peccato, in Henrici Cornelii Agrippae De Nobilitate & Praecellentia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriaco(rum) et Burgundionum Principem. Expostulatio cum Ioanne Catilineti super expositione libri Ioannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad Margaretam Alenconiae Ducem. De triplici ratione cognoscendi Deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio Gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De Originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus

pestilentiam ad eundem episco(pum), Antverpiae apud Michaellem Hillenium in Rapo, AN. M. D. XXIX, ff. I3v-K4r.

[De triplici ratione cognoscendi Deum]

TR = *De triplici ratione cognoscendi Deum*, in V. Perrone Compagni, *Ermetismo e Cristianesimo in Agrippa. Il De triplici ratione cognoscendi Deum*, Polistampa, Firenze, 2005, pp. 85-181.

[Dialogus de homine]

DH = *Dialogus de homine* = Ms. PA 048, *Henri-Corneille Agrippa. Oeuvres diverses de lui ou à lui adressées*, Lyon, Bibliothèque municipale, ff. 44r-57v.

- *Dialogus de homine*, ed. P. Zambelli, in «Rinascimento», 5, 1965, pp. 295-304.

[Epistolae]

Epist. = *Epistolarum Henrici Cornelii Agrippae ad familiares, & eorundem ad ipsum, Libri VII = Henrici Cornelii Agrippae, armatae militiae equitis aurati, utriusque Iuris Doctoris, & sacrae Caesareae Maiestatis à consilijs & archivis indicarij, Operum pars posterior: Quorum Catalogum exhibebunt tibi paginae sequentes. Una cum rerum et verborum hoc tomo memorabilium Indice & locuplete & certo*. Lugduni, per Beringos fratres, pp. 593-1073.

[Expostulatio cum Ioanne Catilineti]

ESE = *Expostulatio super expositione = Expostulatio cum Ioanne Catilineti super expositione libri Ioannis Capnionis de verbo mirifico*, in *Henrici Cornelii Agrippae De Nobilitate & Praecellentia Foeminei sexus, ad Margaretam Augustam Austriaco(rum) et Burgundionum Principem. Expostulatio cum Ioanne Catilineti super expositione libri Ioannis Capnionis de verbo mirifico. De sacramento Matrimonii declamatio ad*

Margaretam Alenconiae Ducem. De triplici ratione cognoscendi Deum liber unus ad Guilielmum Paleologum Marcionem Montisferrati. Dehortatio Gentilis theologiae ad Episcopum Vasatensem. De Originali peccato disputabilis opinionis declamatio ad episcopum Cyrenensem. Regimen adversus pestilentiam ad eundem episco(pum), Antverpiae apud Michaellem Hillenium in Rapo, AN. M. D. XXIX, ff. Dr-D5r.

[In Artem Brevem Raymundi Lulli commentaria]

In Artem Brevem Raymundi Lulli commentaria = Henrici Cornelii Agrippae armatae militiae equitis aurati, utriusque Iuris Doctoris, In Artem Brevem Raymundi Lullij Commentaria, Coloniae, Ioannes Soter excudebat, AN. M.D. XXXIII, Mense Augusto.

[Oratio in praelectionem Convivii Platonis]

PCP = Praelectio Convivii Platonis = Henrici Cornelii Agrippae Oratio in Praelectionem Convivij Platonis, in Henrici Cornelii Agrippae, armatae militiae equitis aurati, utriusque iuris doctoris, Sacrae Caesareae Maiestatis à consilij & archiuis indiciarij Orationes X. quorum catalogum uersa exhibebit pagella. Eiusdem de duplici coronatione Caroli V. Caesaris apud Bononiam, historiola. Eiusdem, ac aliorum doctorum virorum epigrammata. Ioannes Soter excudebat Coloniae, Anno à Christo nato. M. D. XXXV, ff. A2r-B3r.

[Oratio in praelectione Hermetis Trismegisti]

PHT = Praelectio Hermetis Trismegisti = Henrici Cornelii Agrippae oratio habita Papiiae in praelectione Hermetis Trismegisti, de potestate & sapientia dei. ANNO M. D. XV, in Henrici Cornelii Agrippae, armatae militiae equitis aurati, utriusque iuris doctoris, Sacrae Caesareae Maiestatis à consilij & archiuis indiciarij Orationes X. quorum catalogum uersa exhibebit pagella. Eiusdem de duplici coronatione Caroli V. Caesaris apud Bononiam, historiola. Eiusdem, ac aliorum doctorum virorum epigrammata. Ioannes Soter excudebat Coloniae, Anno à Christo nato. M. D. XXXV, ff. B3v-C3r.

[Querela super calumnia]

QSP = Querela super calumnia = Querela super calimnia, ob eandem Declamationem, sibi per aliquot scleratissimos sycophantas, apud Caesaream Maiest. Nefarie ac proditorie illata, in Henrici Cornelii Agrippae, ab Nettesheym, Equitis aurati, ac utriusque Iuris doctoris, Caesareae Maiestatis à consilijs, & Archiuis Indiciarij, Apologia aduersus calumnias propter Declamationem de Vanitate scientiarum, & excellentia verbi Dei, sibi per aliquos Louanienses Theologistas intentatas. Querela super calimnia, ob eandem Declamationem, sibi per aliquot scleratissimos sycophantas, apud Caesaream Maiest. Nefarie ac proditorie illata. Anno. M. D. XXXIII, ff. K2r-M7v.

2. Fonti antiche, medievali e umanistiche.

Act. = *Actus Apostolorum*, v. *Biblia Sacra*.

Am. = *Prophetia Amos*, v. *Biblia Sacra*.

Apoc. = *Apocalypsis beati Joannis Apostoli*, v. *Biblia Sacra*.

APUL. [EIUS LUCIUS MADAURENSIS], *De mag.* = *De magia*, in Apuleio, *La magia*, a cura di C. Moreschini, Biblioteca Universale Rizzoli, Milano 1990.

- *De deo Socr.* = *De deo Socratis*, in *Medioplatonici. Opere, frammenti, testimonianze*, a cura di E. Vimercati, Bompiani, Milano, 2015, pp. 801-859.

ARIST. [OTELES], *Eth. Nic.* = *Ethica Nicomachea*, in Aristotele, *Etica Nicomachea*, a cura di C. Natali, Laterza, Bari, 1999.

- *Anim.* = *De anima*, in Aristotele, *L'anima*, a cura di G. Movia, Bompiani, Milano, 2001.

Ascl. = *Asclepius*, in *Mercurii Trismegisti Pimander*, ed. Jacobus Faber Stapulensis, in officina Henrici Stephani, Parisiis, 1505, ff. 28r-60r.

- [NF] = Hermes Trismegistus, *Corpus Hermeticum. Asclepius*, ed. A.D. Nock - A.-J. Festugière, Les Belles Lettres, Paris, 1945, vol. I-II.

PS. [EUDO]–ATHAN. [ASIUS], *Symbolum "Quicumque" pseudo-Athanasianum*, in H. Denzinger, *Enchiridion Symbolorum definitionum et declarationum de rebus fidei et morum*, ed. P. Hünermann; trad. it. A. Lanzoni, G. Zaccherini, Edizioni Dehoniane, Bologna, 2001, pp. 44-47.

AUGUST. [INUS AURELIUS], *Doct. christ.* = *De doctrina Christiana libri quatuor*, in *Patrologia Latina*, 34, J. P. Migne, Parisiis, 1865, pp. 15-122.

- *Serm.* = *Sermones ad populum*, in *Patrologia Latina*, 39, ed. J. P. Migne, Parisiis 1865.

- *Civit. Dei* = *De civitate Dei*, in *Patrologia Latina*, 41, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1864, pp. 13-803.

- *Contr. Faust.* = *Contra Faustum Manichaeum libri XXXIII*, in *Patrologia Latina*, 42, ed. J. Migne, Parisiis, 1865, pp. 208-518.

- *Trinit.* = *De Trinitate libri quindecim*, in *Patrologia Latina*, 42, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1865, pp. 819-1098.

Biblia Sacra iuxta Vulgatam Clementinam (editio electronica), ed. Michaele Tveedale, Londini, 2005.

BOETH. [IUS SEVERINUS], *Phil. cons.* = *Philosophiae consolatio*, in Severino Boezio, *La consolazione della filosofia*, ed. C. Moreschini, Torino, 1994.

BOVIL. [LUS CAROLUS], *Sap.* = *Liber de sapiente = Que hoc volumine continetur. Liber de intellectu. Liber de sensu. Liber de nichilo. Ars oppositorum. Liber de generatione. Liber de sapiente. Liber de duodecim numeris. Epistole complures*, ed. Henricus Stephanus, Parisiis, 1510, ff. 116r-148r.

Cant. Cantic. = *Canticum Canticorum Salomonis*, v. *Biblia Sacra*.

J. CALVIN, *De Scandalis*, in *Trois Traités*, ed. A.-M. Schmidt, Paris-Genève, 1934.

CIC. [ERO MARCUS TULLIUS], *De fin.* = *De finibus bonorum et malorum*, in M. Tullio Cicerone, *Opere politiche e filosofiche*, a cura di N. Marinone, UTET, Torino, 1976 (1955), pp. 69-451.

CLEM. [ENS] ROMAN. [US], *Recogn.* = *Recognitiones*, in *Patrologia Graeca*, 1, ed. J. P. Migne, Petit-Montrouge, pp. 1157-1454.

CLICHT. [OVEUS IUDOCUS NEOPORTUENSIS], *Myst. num.* = *De mystica numerorum significatione opusculum: eorum praesertim qui in sacris litteris vsitati habentur, spiritualem ipsorum designationem succincte eludicans*, ed. Henricus Stephanus, In alma Parisiorum academia, 1513.

Col. = *Epistola Beati Pauli Apostoli ad Colossenses*, v. *Biblia Sacra*.

1 Cor. = *Epistola Beati Pauli Apostoli ad Corinthios prima*, v. *Biblia Sacra*.

2 Cor. = *Epistola Beati Pauli Apostoli ad Corinthios secunda*, v. *Biblia Sacra*.

DAMASC. [ENUS IOHANNES], *Fid. orth.* = *Liber de orthodoxa fide*, in *In hoc opere contenta. Theologia Damasceni, quatuor libri explicata: et adiecto ad litteram commentario elucidata. I. De ineffabili divinitate. II. De creaturarum genesi, ordine Moseos. III. De ijs quae ab incarnatione vsque ad resurrectionem Christi. IIII. De ijs quae post resurrectionem vsque ad vniversalem resurrectionem*, ed. Lefèvre d'Étaples, ex officina Henrici Stephani, Parisiis, 1512.

Dt. = *Liber Deuteronomii*, v. *Biblia Sacra*.

Eph. = *Epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios*, v. *Biblia Sacra*.

EPICURO, *Opere*, a cura di G. Arrighetti, Einaudi, Torino, 1960.

ERASM. [US DESIDERIUS], *Ench.* = *D. Erasmi Roterodami Viri vndecunque doctissimi Lucubrationes, quarum index positus est facie sequenti*, Excusum est hoc opus summa cura, laboreque praemagno, Argentorati, apud Mathiam Schurerium, Mense Septemb. Anno M.D.XV., pp. 2r-119r.

- *Antibar.* = *Antibarbarorum D. Erasmi Roterodami, liber unius, quem iuuenis quidem adhuc lusit: caeterum diu desideratum, demum repertum non iuuenis recognovit, & velut*

postliminio studiosis restituit. Ex quo reliquorum, qui dijs propicijs propediem accedent, lector coniecturam facias licebit, Basileae, Apud Io. Frobenium, AN. M.D.XX.

- *Adag.* = *Adagiorum chiliades IV*, in Erasmo da Rotterdam, *Adagi*, ed. M. Lelli, Bompiani, Milano 2013.

Paracl. = *Desyderii Erasmi Roterodami, Opuscula. Paraclesis, id est, ad Christianae philosophiae studium, adhortatio. Ratio seu Compandium verae theologiae, ad. R. d. d. Albertum Archiepiscopum, & Cardinalem. Argumenta in omneis Apostolorum epistolas, per Erasmum copiosus explicata*, Lipsiae, apud Melchiorum Lottherum, 1519, ff. A2r-A8v.

Ex. = *Liber Exodus*, v. *Biblia Sacra*.

Ez. = *Prophetia Ezechielis*, v. *Biblia Sacra*.

FICIN. [NUS MARSILIUS], *De triplici vita libri tres. Primus de uita sana: siue de cura ualitudinis eorum: qui incumbunt studio litterarum. Secundus de uita longa. Tertius de uita coelitus comparanda. Apologia quaedam: in qua de medicina: Astrologia: uita mundi. Item de Magis: qui Christum statim natum salutauerunt. Quod necessaria sit ad uitam securitas & tranquillitas animi. Praeclarissimarum sententiarum huius operis breuis Annotatio*. Impressum hoc opus Bononiae a Benedicto Hectoris impressore florentissimo, Anno salutis, MCCCCCI, Die XXVII, Mai.

- *Lib. amor.* = *El libro dell'amore*, a cura di S. Niccoli, Olschki, Firenze 1987.

- *Apol.* = *Apologia*, in Marsilio Ficino, *Sulla vita*, a cura di A. T. Canavero, Rusconi, Milano, 1995.

- *Theol. plat.* = *Theologia platonica de immortalitate animorum*, in Marsilio Ficino, *Platonic Theology*, 6 vols., Harvard University Press, Cambridge, 2001-06.

- *Theologia platonica*, a cura di E. Vitale, Bompiani, Milano, 2011.

Gal. = *Epistola beati Pauli Apostoli ad Galatas*, v. *Biblia Sacra*.

Gen. = *Liber Genesis*, v. *Biblia Sacra*.

GREG. [ORIUS] MAGN. [NUS], *Moral.* = *Moralium libri sive expositio in librum beati Job*, in *Patrologia Latina*, 75, ed. J. P. Migne, Parisiis, pp. 510-1162.

- *Hom. in Ezech.* = *Homiliarum in Ezechielem libri duo*, in *Patrologia Latina*, 76, ed. J. P. Migne, Parisiis 1849, pp. 785-1072.

Hbr. = *Epistola Beati Pauli Apostoli ad Hebraeos*, v. *Biblia Sacra*.

HIERON. [YMUS EUSEBIUS, SANCTUS], *Epist.* = *Epistolae secundum ordinem temporum distributae*, in *Patrologia Latina*, 22, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1845, pp. 327-1224.

- *Adv. Jovin.* = *Adversus Jovinianum libri duo*, in *Patrologia Latina*, 23, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1845, pp. 222-352.

- *Nom. Hebr.* = *Liber de nominibus Hebraicis*, in *Patrologia Latina*, 23, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1845, pp. 816-904.

- *Vir. illustr.* = *De viris illustribus*, in Gerolamo, *Gli uomini illustri. De viris illustribus*, a cura di A. Ceresa-Gastaldo, Nardini Editore. Centro Internazionale del Libro, Firenze, 1988.

Iac. = *Epistola catholica beati Jacobi Apostoli*, v. *Biblia Sacra*.

Ier. = *Prophetia Jeremiae*, v. *Biblia Sacra*.

Io. = *Evangelium secundum Ioannem*, v. *Biblia Sacra*.

1 *Io.* = *Epistola beati Joannis Apostoli prima*, v. *Biblia Sacra*.

Iob. = *Liber Job*, v. *Biblia Sacra*.

Ios. = *Liber Josue*, v. *Biblia Sacra*.

IREN. [AEUS LUGDUNENSIS], *Adv. haer.* = *Adversus haereses*, in Irénée de Lyon, *Contre les hérésies*, livre 2, ed. A. Rousseau, L. Doutreleau, Tome 2, Les Éditions du Cerf, 1979.

Is. = *Prophetia Isaiae*, v. *Biblia Sacra*.

ISID. [ORUS HISPALENSIS], *Etym.* = *Etymologiarum sive originum libri XX*, ed. W. M. Lindsay, e Typographeo Clarendoniano, vol. 1, Oxonii, 1911.

Iud. = *Epistola catholica beati Judae Apostoli*, v. *Biblia Sacra*.

LACTAN. [TIUS LUCIUS CAECILIUS FIRMIANUS], *Divin. Instit.* = *Divinarum Institutionum liber primus. De falsa religione deorum*, in *Patologia Latina*, 6, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1844, pp. 111-252.

Lam = *Lamentationes Jeremiae Prophetae*, v. *Biblia Sacra*.

LAZAR. [ELUS LUDOVICUS], *Crat. Herm.* = *Crater Hermetis*, in *Mercurii Trismegisti Pimander*, ed. Jacobus Faber Stapulensis, in officina Henrici Stephani Parisiis 1505, ff. 60v-81v.

Lc. = *Evangelium secundum Lucam*, v. *Biblia Sacra*.

Lev. = *Liber Leviticus*, v. *Biblia Sacra*.

LULL. [US RAYMUNDUS], *Disp. erem.* = *Disputatio eremitaie et Raymundi super aliquibus dubiis quaestionibus sententiarum magistri Petri Lombardi*, in *Beatus Raymundus Lullus, Opera*, 4, ex officina typographica Mayeriana per Joannem Georgium Häffner, Moguntiae 1729, pp. 1-122.

- *Ars brev.* = *Ars brevis*, in Raimondo Lullo, *Arte breve*, Bompiani, Milano, 2002.

MACR. [OBIUS AURELIUS AMBROSIUS THEODOSIUS], *Somn. Scip.* = *Commentarii in somnium Scipionis*, in *Macrobio, Commento al sogno di Scipione*, a cura di M. Neri, Bompiani, Milano, 2007.

MAIM. [ONIDES MOSES] *Guida = La guida dei perplessi*, a cura di M. Zonta, UTET, Torino, 2004.

Mc. = *Evangelium secundum Marcum*, v. *Biblia Sacra*.

MENAH. [EM] REC. [ANATI], *Comm.* = *Commento alle dieci sefirot*, in G. Busi, E. Loewenthal (a cura di), *Mistica ebraica. Testi della tradizione segreta del giudaismo dal III al XVIII secolo*, Einaudi, Torino, 1995, pp. 527-543.

Mt. = *Evangelium secundum Matthaeum*, v. *Biblia Sacra*.

Num. = *Liber Numeri*, v. *Biblia Sacra*.

ORIG. [ENES], *Περὶ ἀρχῶν libri quatuor*, in *Patrologia Graeca*, 11, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1857, pp. 111-414.

- *Sel. in Gen.* = *Selecta in Genesim*, in *Patrologia Graeca*, 12, ed. J. P. Migne, Parisiis, 1862, pp. 91-146.

- *Num.* = *Homiliae in Numeros*, in *Patrologia Graeca*, 12, vol. 2, ed. J. P. Migne, Parisiis 1862, pp. 583- 806.

Os. = *Prophetia Osee*, v. *Biblia Sacra*.

OVID. [IUS PUBLIUS NASO], *Metam.* = *Metamorphoseon Libri*, in Publio Ovidio Nasone, *Le metamorfosi*, Volume secondo (libri IX-XV), a cura di G. F. Villa, R. Corti, Biblioteca Universale Rizzoli, Milano, 1997.

PETR. [ARCA FRANCISCUS], *Fam.* = *Familiarum rerum libri*, in Francesco Petrarca, *Le familiari*, vol. I/1, ed. U. Dotti, Argalia Editore, Urbino 1974.

PETR. [US] LOMB.[ARDUS], *Sent.* = *Sententiarum Libri Quatuor*, in *Patrologia Latina*, 192, ed. J. P. Migne, Parisiis 1880, pp. 519-964.

Phil. = *Epistola Beati Pauli Apostoli ad Philippenses*, v. *Biblia Sacra*.

PHILO [IUDAEUS], *De plant.* = *De plantatione Noe*, in *Philonis Iudaei, scriptoris eloquentissimi, Ac Philosophi summi, lucubrationes omnes quotquot haberi potuerunt, nunc primum Latinae ex Graecis factae, Per Sigismundum Gelenium. Addito in fine rerum memorandarum Indice foecundissimo*. Lugduni, Apud Ioannem Temporalem, 1555, pp. 188-210.

PIC. [US JOHANNES], *Orat.* = *Oratio (de hominis dignitate)*, in *De hominis dignitate. Heptaplus. De ente et uno e scritti vari*, ed. E. Garin, Firenze 1942, pp. 101-165.

- *Hept* = *Heptaplus*, in *De hominis dignitate. Heptaplus. De ente et uno e scritti vari*, ed. E. Garin, Firenze 1942, pp. 167-383.

- *Commento sopra una canzona d'amore*, in *De hominis dignitate. Heptaplus. De ente et uno e scritti vari*, ed. E. Garin, Firenze 1942.

Picatrix. Ghāyat al-hakim, "Il fine del saggio" dello pseudo Maslama al-Magriti, a cura di P. A. Rossi, Mimesis, Milano-Udine, 2011.

Pim. = *Pimander*, in *Mercurii Trismegisti Pimander. Liber de sapientia et potestate Dei* Marsilio Ficino interprete, ed. Jacobus Faber Stapulensis, in officina Henrici Stephani, Parisiis 1505, ff. 4r-27v.

- [NF] = *Hermes Trismegistus, Corpus Hermeticum. Asclepius*, ed. A.D. Nock - A.-J. Festugière, Les Belles Lettres, Paris 1945, vol. 1-2.

PLAT. [O], *Alcib. I* = *Alcibiades primus vel de natura hominis*, in *Omnia Divini Platonis Opera*, in Officina Frobeniana, Basileae 1546, pp. 28-42.

- *Charm.* = *Charmides vel de temperantia*, in *Omnia Divini Platonis Opera*, ed. Marsilius ficinus, in Officina Frobeniana, Basilae 1546, pp. 278-288.

